

1684.

- 1^o = Ultimus, Bernhardus: De Thee.
2. Beermannus; Dr. Christophe: De turbamento vulgi'
3. Beermannus, Dr. Christopherus: De praerogativa
4. Beermannus, Dr. Christoph.: Landes regalis, ad
'Musthausen' acclamandi formalam: Vivat.
5. Rhodus, Marcus: De legatis, fiduciis commissis, et
jure cordis illorum
6. Rhode, Marcus: De iudice litem suam faciente
- 7^o = Schöppffer, Dr. tractus: De Gitterarum acceptatione
25 Sept. 1684 & 1735.
- 8^o = Schoepffer, Dr. am. Tractus: De cessione legis mestis-
tianae. 25 Sept. 1684 & 1717
9. Schulze, Petrus: De eo, quod justum est per consequen-
tiam.

1684

10. Schultze, Petrus : De causa debendi.

11. Schultze, Petrus : De facta renunciatione iuris
quaestio

12^a. Schultze, Petrus : De foemina mercatrica.

13. Schultze, Petrus : De serum communione

14. Schultze, Petrus : De conditione iuris iurandi.

15^a. Schultze, Petrus : De fundo gratiae Germ. Graec. Lat.

16. Schultze, Petrus : De obligatione vasalli erga
concessum.

DISPUTATIO JURIDICA,
DE
CESSATIONE
LEGIS ANASTASIANÆ,

QVAM
CONSENSU & AUTORITATE
Magnifici J^Ctorum Ordinis
FAMIGERATISSIMÆ VIADRINÆ
Sub P R A E S I D I O

DN. JOHANNIS IOACHIMI
Schöppfers / J. U. Lic.

Die Octobr Anno M. DC. LXXXIV.
H. L. Q. C.

Publice ventilandam exhibet

JOHANN SAMUEL Quedede/
Hallensis Saxo.

Recusa

Anno 1717.



FRANCOFURTI AD VIADRVM
Typis JOHANNIS COEPSELI, Acad. Typogr.

VIRO

Magnifico, Nobilissimo atque Consultissimo
DN. FRIDERICO Hohndorffsen/

Jcto. Famigeratissimo,

Serenissimi ac Potentissimi Electoris
Brandenb. in Ducatu Magdeburgico Consiliario Meri-
tissimo, Salisgravio Hallensi spectatissimo,

Patrono atq; Fautoris suo ætatem devenerando.

ut &

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimog;
DN. JACOBO Quedcken /

Jure-Consulto & Serenissimi Elect.

Brandenb. in Praefectura Giebichensteinensi
Præposito meritissimo,

Patrono & Patrueli suo æternum colendo,

Disputationem hanc

dat, dedicat humillime

AUTOR.

PRÆFATIO.

ND litigiosum reservati sumus seculum, ubi
rabularum malitia muscarum ad instar
caligine obducit splendidissimum veritatis ju-
bar. Quilibet horum iniquitati exponitur
equia nemo tam pacis esse potest studiosus,
qui non aliquando vel invitatus etiam ad
limina judicii trahatur. Hoc erat malum, quod per multa
secula Imperatoribus, eorum fontibus justitiae impedimento fuit,
quo minus limpidissimi veritatis & equitatis fontes incor-
rupti manare potuerint. Verum enim vero, quomodo tote-
rare posset Res publica Romana, que, quod leges attinet, cete-
ris omnibus ab initio statim palmam, si non præripuit, certe
tamen fecit dubiam, injuriam hanc manifestam? Commu-
nissima semper fuit majorum opinio, Imperatoriam Majes-
tatem divine similiorem reddi nequire, nisi conservatione
justitiae, virtutis ab omni parte divina. Ex hac igitur abyso
resultarunt tot tanteque constitutiones, quarum omnium
finis erat ultimus & primus, ut remota litigantium libidi-
ne vera demum constituantur via procedendi in iudicio, &
affidue provideatur ne lites in detrimentum reipublicæ ju-
sto amplius exerefcant. Exemplis in re tam manifesta &
tyronibus quoque non ignota opus esse non arbitror. Ne tamen
temere quid dixisse videar, Offero hic L. per diuersas 22. C.
Mandati vel contra, Constitutionem Imperatoris Anastasi
Orbi terrarum, litibus & rixis pene obruto, praeceteris sa-
luberrimam. Gloriosissimus ille Princeps multifariis misé-
rornm querelis motus rebatur reip. Romana fore utilissimum,
si redemptiones litium aliquo modo prohiberentur, eoque modo
vaga litium prolixitas coerceretur. Non enim erant con-
tentii homines iniquissimi, si jure proprio divexare possent
debi-

debitores ob misericordiam & adversam fortunam gementes, sed
inhabitantes bonis alienis alienas quoq; ad se trahebant cau-
sas, hoc ipso avaritiam suam satiaturi. Quid sicuti omni-
rationi & aequitati erat contrarium, Ita quoq; Imperatorem
tandem commovit, eoque perduxit, ut sanctione sancta con-
stitueret, nullam nominis dubii cessionem minori pretio fa-
ctam in posterum debere esse validam, nisi usque ad quanti-
tatem pretii soluti. Editum non modo tanta Majestati con-
sentanci, sed & populo utilissimum. Fateor, haec unica erat
via, qua compesci poterat nequitia fraudulenta. Verum scu-
ti rigor juris semper debet esse temperatus cum aequitatis
dictamine. Ita quoq; in presenti casu generalitas Legis ali-
quo modo erat restringenda. Cum enim fundamentum ejus
dolo tantum & fraude nitatur, non paucæ tamen dentur
cessiones, quibus nulla fraus esse suum concessit, Limitatio-
nes quasdam admittere, & fato communis se submittere
debuit lex, alioquin utilitate sua satis perspicua. Summum
etenim jus quandoq; summa esset injuria, nisi judex con-
scientiosus aequitatis trutina ponderaret rigorosus juris incer-
titudinem. Hac cogitanti mibi quanam materia disputa-
tionis potissimum sit eligenda, currebant ob oculos, Vide-
bam Clarissimos Juris Doctores multis limitationibus restrin-
xisse hanc Legem Anastasianam, Operæ ergo premium fore
existimavi, obvios casus, eorum decisiones, decisionum ratio-
nes colligere, & sub charactere dissertationis Academicæ
placide eruditorum ventilationi submittere. Offero
itaque, Benevolè Lectori, opusculum, vile quidem, sed im-
becillitatì meæ consentaneum, Certo persuasus, civilitatem
tuam errores (quid enim facilius, quam errare in mate-
ria difficulti) benevolè mibi esse condonaturam. DEUM
Ter Opt. Max. vero flagrantissimis invoco precibus, ut ad
hoc animum & vires mibi concedat sufficienes.

CAPUT I.
DE
LEGE ANASTASIANA
IN GENERE.

| | | |
|--|-----------|---|
| I Ngressus | n. i. | Notarii autoritas non sufficit. 30. |
| Emulo nominis nec olim nec hodie prohibita | 2. seq. | Quid cessionarius in pretium computare possit. 32. |
| Consensus debitoris non est ne- cessarius | 4. seqq. | An valeat si dimidium pretii de- derit. 33. |
| Hodienum cessionem esse licitam Probatur | 13. & seq | Quodnam pretium moraliter iustum. 35. |
| Occasio L. Anastasiana refertur | 15. & seq | Cessionarius proberet summa- datam. 36. |
| Explic. L. 22. mandati 17 & 18. | | An instrumento cessionis. 37. & seqq. |
| Explic. L. 23. d. t. | 19. | Affirmativa rationes 38. |
| Descriptio L. Anast. | 20. | Negativa verior 39. & seqq. |
| Qve adhuc hodie in usu. | 21. | Quatenus privata confessio pro- bet. 41. |
| Etiam in Marchia. | 22. | Publico instr. & testibus plus creditur. 42. |
| Et in Saxonia per edit. & Dec Electoral. | 23. | Juramentum tamen deferri po- test. 43. |
| Sereniss. Elect. Sax requirit in- sinationem judicalem. | 25. | Qvo factio testes non sufficient. |
| Mercatores & alii excipiuntur. | 27. | 44. |
| An competens judex. require- tur? | 28. | Ad reliquias rationes resp. 45. |
| In feudalibus domini consensu desideratur. | 29. | Qvod limit. in liquidis. 47. |
| | | Non sufficit fidem de precio esse habitam. 48. |
| | | Nisi. |

A 3

| | |
|--|----------------------|
| Nisi pendente judico solvatur. Refutatio. | 61. |
| 52. Quæ pœna in usurarios contra- | |
| Ubi utilis juramenti delatio 53. Etus statuta. | 62. seq. |
| Cui superfluum pretii non so- | |
| luti adjudicandum. 54. nent. | 94. |
| Prima opinio id attribuit ce- | 55. Quid declaratur. |
| denti. 56. III. Tribuit debitori & appro- | 65. |
| Ejus fundamenta & responsio- | batur. |
| nnes. 56. & seq. Et autoribus & prejud. confr- | 68. |
| II. Tribuit Fisco. 59. matur. | 72. |
| Rationes. 60. | |

PRÆMISSIS igitur ad DEUM votis, converto me ad Scopum ipsum, Quod quo facilius & commodius fieri possit, necessarium existimavi, de Natura Legis Anastasianæ paucula quædam differere. Cum enim, hoc omisso, ejus cessatio neq; tractari commode, neque intelligi perspicue possit, Benevolo Lectori, non ingratum fore arbitror, si occasionem hujus legis, aliasque quæstiones a proposito nostro non penitus alienas, sed potius scitu necessarias in hoc capite primo præmittamus.

Priori itaque ac potiori loco ceu. fundatum ac basin totius structuræ ponimus: Emptionem & translatiōnem nominis nullo unquam tempore neg, olim neg, hodie fuisse prohibitam. Mira videbitur forsitan hæc regula, sed facililime probatur ex tot. tit. ff. & C. de Hered. & act. vend. Ut ut enim substantiale emtionis & venditionis requisitum sit, ut præter consensum & pecuniam res aliqua certa interveniat, (sine re enim quæ veneat, nec emto nec vendito potest intelligi. L. 8. pr. ff. de Contrah. Empt.) Nomina tamen & actiones tales quoque res dicuntur, quæ emi & vendi possunt secundum Ulpiānum in L. 17. ff. de Hered. & act. vend. Adeoque generalius in emptionibus sumitur vocabu-

cabulum rei, ita ut etiam incorporalia complectatur per
L. Rei appellatione 23. ff. de V. S. §. 2. & tot. i. f. de Reb. corpo-
ral. & incorporeal.

Quod de consensu diximus in emtione nominis, non 4
extendendum ad debitorem cessum, cuius consensus ut
requiratur tanquam substantiale, tantum abest, ut eo in-
scio, &c., quod majus invito nomina per cessionem in a-
lium transferri possint. Petr. Gregor. lib. 21. Syntagm. cap.
20. n. 6. Joh. a Sande de Abt. cef. cap. 9. n. 5. Struv. Exerc. 23.
ib. 77. in fin. Magnif. Dn. Stryk. in Caus. Contrat. Scđ. 4
cap. 2. §. 5. Mev. P. 5. Dec. 395. n. 6. L. 3. C. de Hered vel abt.
vendit. ibi Gothofred. lit. O. L. i. C. de Novat. L. 2. C. de Donat.
Quamvis enim haec sententia dubia videatur, quia (1.) si 5
debitor cessus nullum negotium cum cessionario con-
traxerit, cessionarius actionem personalem contra ipsum
movere nequit, utpote que semper oritur vel ex contra-
etu, vel ex delicto. §. 1. f. de Abt. Quorum neutrum in
præsenti casu obligare poterit debitorem, Respondetur 6
tamen, Debitorem quidem actionibus directis eatenus
conveniri non posse, quasi contraxerit cum cessionario,
bene tamen, quia contraxit cum cedente, qui postea jus
suum agendi transtulit in cessionarium, & sic non tene-
tur actione directa bene tamen utili; Quo facit vulgatum
illud axioma: Exceptio qua poterat opponi cedenti, re-
cite quoq; objicitur cessionario. Anton. Faber. in Cod. lib.
4. tit. 26. def. 22. n. 4. Thesaur. Dec. 22. Joh. a Sande de Abt.
cef. cap. 13. n. 2. Mev. P. 7. Dec. 181. Carpz. p. 2. C. 17. def. 19.
n. 3. & 4. Quod fieri non posset si actionibus directis
conveniretur. Cum itaque cessionarius debitorem con- 7
veniat non ex jure proprio, sed sibi cesso, omnibus quo-
que gaudere debet juribus autoris sui & consequenter non
est necessaria geminatio consensus debitoris, qui semel
contrahendo & consentiendo se ad solutionem obliga-
vit.

Similis erit responso, si (1.) objiciatur, neminem 8
invitum

invitum alteri obligari debere, arg. I. *Invitum 11. C. de Contrah. emt. L. 55. ff. de O. & A. l. Sicut. s. G. eod. Mev. P. 5. Dec. 395. n. 6.* quod tamen hic fieret, si cessio invito debitore facta, esset valida. Limitanda enim haec regula, quæ procedit quidem, si agatur de obligatione principali, & nullo penitus præcedente facto. Nullo modo vero subsistere poterit, si factum aliquod præcesserit, quod de obligatione principali abunde testari potest. Sicuti enim heredes in testamento instituti ex contractu cum defuncto initio obligantur. §. 1. *J. de perpet. & temp. att. L. 13. C. de Contrah. stipul. ob rationem*, quia heres transit in jus defunctorum. L. 24. ff. de V. S. ideoque pro una eademque persona cum defuncto habetur. Barbos. lib. 8. c. 5. axiom. 2. Mollenbec. Cent. 3. Divis. 40. Addit. 1. L. 11. ff. de divers. & temp. 9. *præscript.* Ita quoque cessionarins interpretatione juris repræsentat personam primi creditoris per deductum a Joh. a Sande de Cess. att. c. 9. n. 1. Et quia uniuscujuslibet obligationis initium spectari debet & causa. L. 4. Si mens. fals. mod. dix. L. Si procuratorem pr. ff. Mandari. Satis obligatum sibi habet debitorem cedendum, quamvis cedatio contra ejus consensum fuerit facta.

10 Nec obstat (3.) Quod creditor invitum non cogatur mutare debitorem & alium accipere l. 11. C. de Novat. Mev. P. 2. Dec. 241. n. 2. Dn. Brunnem. adl. 11. ff. de Novat. n. 2. Strauchi. Dissert. 17. §. 8. Debitorum enim actionibus creditorum petitio non mutari potest l. 25. C. de Paet. Ergo nec debitor cogendus ut invitum alium accipiat creditorem, quia non debet actori licere, quod reo non permittitur l. 4. ff. de R. J. Quod denique (4.) aperto satis confirmat l. 6. C. de Novat. ubi clare rescribitur non posse quem invitum creditoris creditori delegari Mev. P. 6. dec. 12. n. 7. Struv. Exerc. 47. th. 63. Facilis tamen patet responsio & quidem ad l. 41. de R. J. eam non procedere quoties adest ratio diversitatis, quæ hic non obscura, debitor enim invito creditore mutari non potest, quia ejus maxime

maxime interest ut habeat debitorem idoneum, debitoris vero nihil cui exsolvat, sive cedenti sive cessionario. Ad posterius regero insignem esse differentiam inter delegationem & cessionem Mev. P. 3. d. 335. n. 6. per L. I. C. de Novat. ibique Dd. ubi Imp. expresse dicit, delegationem faciendam esse, consentiente debitore delegato; non minis vero venditionem cessionem debitore ignorante immo & invito fieri posse. Sed expertis fortificationem diversitatis, cum in utroque casu creditor revera mutetur. Nam & in cessione debitor post denunciationem a cessionario factam non amplius suo creditori, sed cessionario solvere potest l. 3. C. de Novat. ibique Dn. Brunnem. n. 3. Et si nihilominus primo creditori solvat, adhuc semel solvere tenetur Magnif. Dn. Stryk. in Cautel. Contractt. Sect. 4. cap. 2. §. 8. Ratio diversitatis breviter hæc est: per delegationem debitoris delegati obligationem novari, in cessione vero non. Cujus effectus est quod debitor delegatus principalis debitor creditoris cui delegatus est existat, & sic exceptionem illam, quam poterat opponere deleganti, secundo creditori opponere non possit, Hahn. ad Wesenb. tit. de Novat. circa fin. Zœl. ad ff. tit. de Novat. n. 18. Rutger Ruland. de Commis. P. 3. lib. 10. cap. 3. n. 11. Dn. D. Stryk. d. cap. 2. §. 4. in fin. In cessione vero omnes exceptions, quas contra cedentem habet, salvæ quoque sunt contra cessionarium Mev. P. 7. Dec. 181. Struv.

Exerc. 47. th. 65.

Diximus emtionem, venditionem & cessionem no- 12
minis nullo unquam tempore fuisse prohibitam. Quod enim pristina attinet tempora, dubium aliquod superesse vix puto, cum Imperator ipse in Lege nostra testis hac de re sit locupletissimus. Hodie nū vero adhuc li- 13
beram cuivis esse facultatem, nomina sua per cessionem in alium transferendi, negari non potest, cum per L. per diversas. 22. & L. ab Anastasio. 23. C. Mandati vel contra. neutiquam sit sublata. Accurata enim harum Legum per-
fectio

lectio evidenter docet, effectum cessionis quidem in tantum esse restrictum, ut certis scil. casibus plus a debitore exiginequeat, quam ea summa pecunia, quæ revera pro 14 actione cessa fuit exsoluta, Interim tamen libera adhuc potestas cedendi cuivis relicta modo requisita justæ cessionis fuerint observata. Conf. Oldendorp. Clas. act. 3. act. 2. qv. 4. Donell. lib. 25. Comm. cap. 43. cum secundum communissimam Dd. opinionem, adhunc hodie venditio nominis contractus licitus sit, & jure permisus. Christian. Lenz. de Cess. cap. 25. n. 1. Francisc. Niger. Cyriac. Controv. Forens. 676. n. 1. Mev. P. 3. Dec. 239. Roderic. de Ann. redit. L. 2. qv. 21. Honorat. Leotard. Tr. de Ux. qv. 39. n. 1. Jacob. de Aren. de Cess. jur. Rubr. 4. n. 54. Bertazoll. claus. 27. Gloss. 6. n. 1. Tiraquell. de Reestrat. lign. §. 26. Ep. 3. n. 2. cuius contrarium qui allegat probatione gravandus Alphons. de Olea. Tr. de Cess. Jur. & Act. Tit. 3. qv. 2. n. 2. ibique allegat.

15 Ut eo evidenter appareat, Legem Anastasianam non nocere huic libertati, paucis videbimus, quæ fuerit occasio hujus legislationis. Excreverat quotidianus caudicorum malitia, quibus semper in more positum, astutis suis circumire Leges saluberrimas, & tamdiu arrodere multifariis limitationibus & restrictionibus, donec 16 propositam attigerint metam. Inter alias constitutions utilissimas non insinum obtinent locum L. 6. §. fin. & Mand. 11. & L. 6. C de Postulat in quibus severissime videmus prohibitum de quota litis pacisci. Accedit L. 5. C. de Postul. quæ Advocatis & causarum patronis, si contra Leges de litis quota paciscantur, dicitur poenam infamiae & suspensionis ab officio. Conf. Farinac. de Var. & diversi crimi. qv. 106. Hillig. ad Donell. Lib. 18. cap. 3. lit. Bbb. & seqq. Lanfranc. Zachias Tr. de Salario qv. 52. n. 69. seqq. Trentacinq. Tit. de Postuland. Resol. 1. Nathen. de Just. vulnerat part. 2. tit. 39. cap. 3. n. 16. Petr. Ala de Advot. Christian. Part. 1. qv. 12. August. Barbos. add. l. 5. C. de Postul. sed admirata.

admiratione digna est omnino astutia rabularum. Hi ¹⁷ callidissimi homines excogitabant medium, mediante quo interdum plus conseqyebantur, quam si de qvora litis fuissent pacti. Inhiantes enim bonis alienis, (ut verba Imperatoris mea faciam) & fortunis, curabant cessions actionum aliis competentium in semet exponi, eoque modo diversis vexationibus afficiebant personas litigatorum. Hoc cum per diversas interpellationes delatum sit ad Imperatorem Anastasium, motus fuit Princeps prudentissimus hisce subditorum querelis, & in L. per diversas C. Mandati vel contra sanctissime constituit, debitorem imposterum ad nihil aliud debere esse obligatum quam ad summam soluti pretii. add. Philib. Bugnon. de LL. abrogat Lib. 2. cap. 47. lit. A. Christian. Lenz. de Cof. nomin. cap. 23. Manz. Interpr. L. Anast. n. 6. Honorat. Leotard. Tr. de Usur. & Usur. Contract. qv. 39. n. 21. § 22.

Ne tamen generalitas hæc omnem tolleret cedendi facultatem, eoque modo contractus hic utilitate non ultimus penitus veniat in desuetudinem, Exceptiones quasdam, inter easque, cessionem nominis dubii esse validam, si per meram donationem transferatur, apposuit. Hanc occasionem ambabus amplectebantur manibus redemptores litium, & postea cessiones nominum illicitas sub technis facta pro parte donationis abscondere tentabant. Verum & huic libidini capistrum adjecit Imperator Justinianus, quippe in L. ab Anastasio 23. C. Mandati. non modo Legem Anastasianam confirmavit, sed noviter quoque constituit, cessionem pro parte venditam pro parte donata ipso jure debere esse nullam, & debitorem ad solam pecuniæ summam, qua revera fuit exoluta, esse obligatum.

Hæc est brevissima summa harum utilissimarum legum, ex qua fluit descriptio: quod Lex Anastasiana fit constitutio prohibens, ne liceat pro nomini dubio per cessionem acquiſito plus exigere, quam quod revera datum.

Videamus B. 2.

demus itaque per eandem cessionis effectum aliquo modo esse restrictum, eam vero penitus abrogatam dicere velle, absurdum esset, ut inquit Faber. lib. 4. tit. 26. def. 9. Lenz. de Cess. cap. 22. n. 28.

21. Legem Anastasianam adhuc hodie in usu esse vix est quod dubites, nisi quorundam in LL. de facto peccantium malitiam jus constitutere & abrogare adstruere velis, abrogatam tamen dicunt Giphan. ad L. 22. C. Mandat. circa init. Rath. de Contrab. emt. Affert. 31. n. 7. Simon Grönwegen de LL. abrogat. ad b. l. 22. n. 4. De Gallia mirum in modum varianti ipsi Dd. Galli. Desuetudinem eam adumbratam esse contendit Papon. Lib. 12. tit. 1. arr. 1. Cujac. lib. 10. Obs. cap. 3. Imbert. in Enchirid. allegat a Gothofr. in not. ad d. l. 22. lit. Q. aliisque relati a Philibert. Bugnon. Tr. de LL. abrogat Lib. 2. cap. 47. in not. lit. A. Eam in Gallia etiamnum valere probant Charond. Respons. jur. Gallic. Lib. 7. Resp. 91. Maynard. quest. notab. Lib. 7. c. 90. Imo nihil duabus hisce constitutionibus usitatis esse dicit Morinac. add. l. 22. ad quam sententiam ipse Bugnon. quoq; de LL. abrog. d. l. magis inclinat. In Germania ejus observantia abunde patet ex traditis Menoch. Lib. 3. Presumt.
22. Manz. in interp. L. Anastas. qv. 9. Carpz. p. 2. C. 30. d. 35. Goswin. Esbach. in Not. ad Cz. d. l. def. 36. n. 5. Christian. Lenz. de Cess. nomin. cap. 23. seq. Struv. Ex. 23. tb. 80. Mev. P. 6. Dec. 228. & 29. P. 9. Dec. 53. B. Dn. Brunnen. Tr. de Cess. act. cap. 1. n. 72. seq. Consultiss. Dn. D. Stryk. in Caut. Contrab. Scit. 4. cap. 2. §. 9. Freyer Tr. de Solari. c. 3. n. 21. Lauterb. ad ff. tit. de Her. §. act. vend. §. 2. n. 38. ibique multarum facultatum alleg. præjudic. Quod confirmat Constitutio Cæsarea Ferdin. III. sub dat. d. 2. Jun. 1649. ibi circa mod. Dahero Wir ümb so viel mähr bewogen/ berührte Anastasianam und nachfolgende Justinianeam Constitutionem in LL. fin. C. Mand. hierdurch zu erfrischen sc. quam Constit. integrum vid. pen. Dn. Brunnen. in fin. Tr. de Cess. act.

22. Eandem Legem Anastas. in Marchia nostra ac Pomerania

merania obtinere docet idem Dn. Brunnenm. *Conf. 17. n. 8.*
Idque comprobat Constit. Sereniss. Elect. Brandenb. Dni.
Nostris Clementiss. de die 18. Jul. 1661. ibi: Und im übrigen
vorgedachter gnädigster Constitution ab Anastasio in al-
len und jeden nachgelebet werden/vid. Goswin. ab. Esbach.
in Not. ad Carpz. P. 2. C. 30. Def. 36. n. 5. ubi hanc Consti-
tutionem refert.

Saxoniam vero quod attinet, vix credo, aliquem 22
unquam extitisse, qui autoritatem Legis Anastasianæ fe-
cerit dubiam, cum variae Decisiones Electorales pluri-
mum roboris, quod adhuc deesse videbatur, illi ipsi ad-
diderit. Inter has non immerito notandum Edictum 23
Electorale de Cessionibus sub dato d. 1. Febr. 1614, cuius me-
minit aliquoties Carpzov. lib. 5. Ref. 33. Ipse Serenissimus
in Dec. Nov. 28. n. 12. & segg. & verbatenu legi potest intrare
atatu speciali Christian Lenzii de Cess. nomin. in fine, & pe-
nes Joh. Philipp. in Obs. 1. ad Dec. Elect. 28. ubi Elector 24
Serenissimus hunc in modum satis pie constituit: *So*
sollen des Anastasii und Justiniani ganz heilsame Consti-
tutiones de Cessionibus actionum in guter Ausfacht ge-
halten/ und denen selben auf begehende Fälle im Sprechen
und erkennen präcise nachgegangen werden. Hoc tamen
edictum non de omnibus cessionibus indistincte intel-
ligi debere, declarat Sereniss. Elect. *in Dec. Nov. 28.*

His generaliter præmissis aliquot postea adhuc ad- 25
didit requisita, quæ substantiam & essentiam dare impo-
sterum debeant cessioni. Vult enim Seren. Elector in mo- 26
do allegato Edictio §. Wie dann auch/ & segg. omnem
cessionem nominis judicialiter esse faciendam. Ratio
hujus sanctionis est iustissima, quia contractus clande-
stini semper habentur suspecti. *L. ult. ff. de Rit. nupt. &*
omnes clandestinitas laborat præsumptione fraudis L. 45.
ff. de Admin. & peric. tut. ibique Dn. Brunnenm. n. 2. Colec.
de Proc. exécut. part. i. §. 10. n. 193. Carpz. p. 4. C. 20 d. 7. n. 6.
& lib. 2. Jurispr. Eccl. def. 33. n. 8. & Prax. Crim. P. 1. qu. 1, n. 51.
Quod maxime verum in negotio tali, ubi fraudes inter-
venire

venire solent, cuius farinæ quoque est nominis cesso.

26 Ne itaque aliaqua adhuc maneat occasio fraudandi leges, judiciale insinuationem injunxit contracturis, quia qvæ autore & praesente judge sunt, omnem similitudinem suspicionem excludunt & removent. L. 107. ff. de R. f. Solos mercatores exemptos voluit ab hac judicialis insinuationis necessitate, si scil. inter se contrahant. Notanter dixi: *inter se*. Nam si cum aliis negotium hoc ipsis intercedat, nihil de solennitatibus ipsis remittitur. §. Und solches zum fünften / ut. Quod in Dec. Elect. Nov. 28. extensum ad heredes, legatarios, fidei commissarios, & quibus debitum in solutum ceditur. §. Boni solitare Sigzung/ ita ut hi insinuare suas cessiones necessum non habeant.

27 28 Competentem præterea judicem requirit Elector Serenissimus, ut coram ipso confinmetur cesso, hac tamen limitatione, si actio cessa tendat ad persecutionem rei immobilis. In actione rerum mobiliū vero sufficit insinuationem fieri coram judge quounque, etiam incompetente. vid. d. Edictum 9. Unrechende aber / In novissima tamen Dec. 29. cessionem coram quounque judge fieri posse admittit Ser. Elector. in med. ibi: Er solches coram quounque judge striktlich zu thun.

29 Hoc adhuc monendum, quod si actio rem feudalem persequens cedatur, præter judicis ordinarii & competentis consensum expressa quoque Domini Feudalis approbatio requiratur per clara verba d. Edict. §. Und ob wohl/ ibi: Und soll keine dergleichen Cession ohne des Lehn-Herrn neue Einwilligung/ ohngesehen der Beschreibung und darüber zu Anfang ausgewürften Consens die Clausi: Von jedem getreuen Thuehaber / einverleibet / vor kräftig erkannt werden. Quod in Decis. Elect. 28. circa fin. iterum confirmatum per verba: Es wäre denn eine Lehn-Verpfändung darin enthalten.

30 Tandem Elector Serenissimus reprobavit autoritatem Notariorum, & quo omnia eo magis securè & solen-
tissimi probati / ius obligatorum in lege. V. decim. hinc
datur.

niter peragatur, expresse constituit, quod non obstante cessionem coram Notario & testibus esse factam, canihilo minus coram judice ordinario sit insinuanda, nisi nullitatis vitio laborare velit. Notario alias in iis, quæ coram ipso gesta sunt, omnino fides est habenda Faber *in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 20. n. 7.* quia pro Notariis tanquam juratis, eorumque instrumentis præsumitur. Lenz. *de Cef. cap. 26. membr. 3. n. 8.* quæ instrumentis publicis annumeranda, imo fidem faciunt, quamvis testes & Notarius fuerint mortui. Carpz. *P. 3. C. 3. def. 37. n. 6.* Verum quia insignis Notariorum copia, membra in se continet non pauca, qui partim ignorantia, partim malitia damnum inferre possunt non contempnendum, tutius judicavit Elector Serenissimus in casu præsenti aliquam autoritatis partem ipsis detrahere, quam multorum causas justissimas horum malitia exponere, per d. Edict. §. Und ob wir uns ic. ibi: Wann aber doch der Notarien bin und wieder eine grosse Menge / deren etliche ganz ungeschickt / eigenmütig / und in Contracten grosse Verwirrung anrichten ic.

Apparet ex prædictis satis evidenter, quod Lex A. 32 Anastasiana eandem hactenus retinuerit autoritatem, & quod nec hodie licet plus exigere pro cesso nomine dubio, quam quod revera exsolutum, addendum modo, cessionarium imputare posse ac repetere a debitore cesso pretium pro labore sumitus itineris, ut & usuras litiumque expensas, quas facere necessum habuit in exactione debiti sibi concessi. Menoch *lib. 3. Presumt. 129. n. 4.* Sichard. *ad L. 22. C. Mandati. n. 4.* Franzk. *lib. 1. Resol. 8. n. 7.* Johann Philipp. *ad Dec. Elef. 28. Obs. 3. n. 3.* B. Dn. Brunnen. *de Cef. cap. 1. n. 67. & 68.* Goswin. ab Esbach. *in not. ad Carpz. p. 2. C. 30. d. 36. n. 6.* Consultiss. Dn. Stryk. *in Cantel. Sect. 4. cap. 2. §. 16.* & late Dn. Lauterbach. *ad ff. tit. de heredit. & act. vend. §. 2. n. 29.*

Occurrit jam sententia Berlichii, qui p. 1. *Dec. 33. n. 33*

24. & 25. afferit, validam esse cessionem nominis dubii modo, omnibus expensis & usuris computatis lesio non sit facta ultra dimidium, Mev. in Discus. levam inop. debit. cap. 7. n. 28. adeoque Debitorum non posse opponere exceptionem L. Anastasianæ, camque opinionem corroborat Berlich. d. l. præjudicio allegato. Verum non placet hæc assertio, quamvis enim Sereniss. Elector Saxonia in Dec. 28. idem videatur innuere, cessionem debere esse validam, si ultra dimidium lesio nulla contigerit. §. Sezen/ ordnen / n. ib. Jedoch das solches zum w. nigstens den halben Theil erreiche. Hæc tamen verba, ut & Mevii sententia intelligenda sunt de casu, ubi inter cedentem & cessionarium ventilatur quæstio: anne Iesus sit cedens ultra dimidium, quod haud obscure ex toto contextu & verfu subsequente, Es wäre dann selbige u. apparet, ubi satis clare de cedente & cessionario loquitur Elector Serenissimus, minime vero de debitore cesso, qui utique excipere poterit cessionem esse contra L. Anastasianam. Licet enim L. Anastasiana non competit cedenti si pro minori pretio vendiderit, sed ejus respectu sit exceptio juris tertii, competit tamen debitori Mev. P. 6. Dec. 229. Quod etiam bene advertit B. Dn. Brunnenm. Tr. de Cess. cap. 1. n. 69. & 70. ubi eleganter refutat Berlich. sententiam. Vid. etiam Manz. ad L. Anastaf. qv. 3. n. 7.

35. Idem judicandum de prolixa moralistarum quæstione, quodnam pretium in emitione nominum dicatur justum, de qua vid. Ludovic. Molin. de Jus. & Jur. Tr. 2. Disp. 361. Laymann. eod. Tract. lib. 3. Tract. 4. cap. 27. §. 5. n. 32. Nos breviter omne pretium justum esse dicimus, quod sine dolo fuit exsolatum, nisi lesio ultra dimidium contigerit Dn. Lauterbach. ad ff. b. t. de hered. & act. vendit. §. 2. n. 29. in fin. sc. in casu ubi cedens retractare vult. Quod si vero debitor cessus excipiat, valida quidem erit cessio pro quali quali pretio facta, modo cessionarius ultra summanam sibi cessari nihil ulterius exigat. Cum itaque debitor

bitori cesso per L. Anastasianam insigne hoc concessum; 36
 sit beneficium, ut ultra solutum pretium cessionario non sit
 obligatus, sequitur suapte sponte, incumbe cessionario
 onus probandi, quidnam revera pro debito solverit ce-
 denti. Dn. Lauterbach ad ff. de hered. & act. vend. §. 2. n. 35.
 Occurrit itaque quæstio intricata, an hoc solo instru- 37
 mento cessionis sufficienter contra debitorem cessum pro-
 bari possit. Pro affirmativa sententia militare viden-
 tur sequentes rationes: (1.) Quod Instrumentum
 pro se habeat presumptionem veritatis. L. 7. C. De-
 pos. L. 18. C. de Probat. ibique Dd. quæ tamdiu habenda
 pro rei veritate, donec probetur contrarium Barbos. Ad
 d. L. 18. add. §. Item verborum 12. J. de Inutil. stipul. ibique
 Dd. Tabor in Barbos. locuplet. lib. 9. cap. 72. axiom. 3. (2) Quod 38
 nullibi cautum, aliter quam instrumento cessionis pro-
 bandam esse numerationem. (3.) Quod nihil interfit
 debitoris, qui obstrictus est solvere, siue solvat cedenti
 siue cessionario (4.) Quod confessio habenda sit pro ve-
 ritate, nisi probetur contrarium. L. uniu. C. de Confess. Cum
 magis adhuc probet quam instrumenta & testes Roland
 a Valle Vol. 2. Confil. 71. n. 41. Mev. P. 2. Dec. 241. n. 4. Hisce
 parum prægnantibus rationibus affirmativam defendunt
 Tiraquell. de Rer. lignag. §. 1. Gl. 18. n. 86. seqq. Paul. de
 Castro Conf. 394. Vol. 2. Alexand. Vol. 4 Conf. 25. Trenta-
 cinq. lib. 2. tit. de Action. Resol. 2. n. 4. Christ. Lenz. Tratt.
 de Ges. cap. 25. Membr. 4. n. 27. & seqq. Quod maxime ve-
 rum si instrumento justi pretii quantitas fuerit inserta,
 cum sic non adsit, ex quo fraudis præsumtio capi possit,
 uti vult. Franzk. Lib. 1. Resol. 8. n. 62.

Verum contraria sententia, uti receptior, ita juri 39
 quoque magis conformis, quia (1.) in nullo actu suspe-
 cto confessio contrahentium sufficit. Cessio vero præsu-
 mitur suspecta, quia sapient fieri solerantimo vexandi debito-
 rem. Dn. Brunnem. ad L. 2. C. Mand. n. 1. Anton. Faber in
 Cod. Lib. 4. tit. 26. def. 20. n. 2. & 3. Honorat. Leotard. Tr. de
 Usur. qv. 39. n. 26. ibique allegat. (2.) Confessio unius
 tertie

C

tertio præjudicare non potest, t. t. Cod. res inter alios acta
al. ne præjud. 3. Quia si valere deberet, aliter valere non
posset, quam testimonium alicujus testis, cui tamen in-
jurato fides non habetur. l. 9. C. de Testib. ibique Dn. Brun-
nem. n. 1. Carpz. p. 1. C. 16. def. 31. Ruland. de Commis. P. 2.
L. 2. c. 12. Farin. de Testib. qu. 74. n. 53.

Hanc nostram sententiam approbatam videbis a.
40 Menoch. lib. 3. Praesumt. 130. n. 20. Berlich. P. 1. Dec. 32. n. 12.
Anton. Fabro. l. 4. C. tit. 26. d. 20. n. 2. Carpzov. L. 5. Rep. 33.
n. 9. Dn. Brunnem. d. 1. & in Tr. de Cef. cap. 1. n. 12. seqq.
Honorat. Leotard. d. qv. 39. n. 25. seqg. Dn. Stryk. in Caus.
Contrat. S. & t. 4. c. 2. Francisc. Niger. Cyriac. Controv. for. 617.
n. 2. & Conrov. 672. n. 8. Viv. Dec. 158.

41 Ad contraria respondere non erit difficile, Primam
enim quod attinet rationem, distinguendum censemus
inter instrumentum privatum & publicum. Privatum
licet habeat vim ac potestatem probandi, postquam fuit
recognitum & publico aequiparetur instrumento. Pruck-
mann. Vol. 1. Conf. 7. n. 17. Brunnem. ad L. 5. C. de Probat. Id
tamen procedit tantum, si agatur de præjudicio ejus, qui
scriptis, & recognovit. Contra tertium vero scriptura-
privata licet recognita nihil probat. e. 2. X. de Fide insfrum.
ibique Dd. ne scripto plus credatur, quam vivæ voci.
Nam si cedens dicat, sibi satisfactum, producendus esset
tanquam testis, Testi injurato vero nihil creditur. Mol-
lenbec. Cem. 2. Divis. Jurid. 2. Addit. n. 8. Ergo multo mi-
nus ejus privatæ scripturæ.

42 Publico tamen instrumento plus fidei tribuendum
esse nulli dubitamus, modo Notarius & testes viderint pec-
uniam revera esse solutam. Quorum testimonio inter-
rim standum foret, donec contrarium foret probatum.
l. 31. C. de Donat. cum Carpz. P. 2. C. 34. def. 7. n. 3. 4.

43 Idem judicandum, si testes jurato deponant, se vi-
disse, tantum pro cessione fuisse exsolutum. l. 15. C. de fid.
insfrum. Verum cum & hoc modo facile dominum in-

currere possit debitor, (posset enim pars debiti esse restituuta & dicis causa tantum numerata pecunia) Hinc licetum erit debitori cesso, præstito prius juramento de calumnia L. 34. §. 4. ff. de Jurejur. c. fin. X. de Jurejur. juramentum deferre cessionario, annon aliquid de pretio recuperit. Dn Stryk. in Cant. Contr. sett. 4. c. 2. n. 12. qvi præjudicio hoc corroborat. Aliud vid. pen. Dn. Brunnem. Cent. 3. Dec. 85. n. 4. & 5. Manifestam enim continet turpitudinem jurare nolle. L. 38. ff. de Jurejur. cum veritatem denegare videatur. I. Feud. 29. in. fin. præcipue cum lic agatur de præjudicio privatorum & causa civili, ubi juramenti delationi semper locus. Quod etiam confirmat Const. Sereniss. Elect. Brandenb. sub die 18. Jul 1661. ibi: *Eia mehres nicht / als was dieselben den Verkäuferen würlich gegeben und aufgezahlet haben / welches so wohl der Käufer als der Verkäufer mit leiblichem Eyde auszusagen angehalten werden sol.* vid. Goswin. ab Esbach. ad Carpz. p. 2. C. 30. d. 36. n. 5.

Quod si factum fuerit, non sufficiunt testes probatur, se vidisse pecuniam exsolvi, cum hic agatur de quaestione, annon receperit partem pecuniae, qualis negativa cum sit vaga & indeterminata, sui natura probatu est impossibilis per l. Adseveratio 10. C. de non numer. pecun. ibi que Dd. Licit enim mille testes dicant, se nescire, quod pecunia pars fuerit redditus, eo tamen non obstante, redditus esse potuit, adeoque præcise ad juramenti præstatu-⁴⁴ nem est compellendus.

Secundum argumentum suapte sponte concidit, ⁴⁵ utur enim nullibi cautum, probationem aliter fieri debere quam instrumento, requiritur tamen, ut legitime probetur. Legitima vero probatio non est injurata cedentis confessio, juxta communes regulas in materia probationis receptas.

Tertia ratio est apparenter falsa, nam interest omnino debitoris, an integrum pretium, an partem ejus tantummodo

modo exsolverit cedenti, cum ultra solutam quantitatem restituere nihil teneatur.

⁴⁶ Minime quoque stringit Quarta ratio, quod confessio habenda sit pro veritate. Admittimus enim hoc respectu cedentis & cessionarii, minime vero, si de damno tertii agatur, cui assertum & confessio præjudicare nullo modo potest. *l. 28. pr. ff. ad SCt. Vellej. Faber. in Barbo. locuplet. Lib. 3. cap. 44. ax. 4.* quod vero cedenti præjudicet haec confessio, minus est dubium per adducta a Lenz. *d.l. n. 21.* Dicta hucusque eleganter limitat Alphonſ de Olea *Ir. de Cef. Jur. & acr. Tit. 6. Qv. 10. n. 62. & 64.* & ab hoc allegat Camill. Borell. *Summ. Decis. Tom. 2. cap. 3. de Confessione n. 70. & 71.* Ut non procedant in debito liquidio alicui cesso, cum enim haec cesso pro qualicumque pretio fieri possit, ita ut non impingat in *L. Anastas. vid. cap. 3 b. Dis.* quia Debitoris nihil omnino intereat, quid re vera sit exsolutum vel non, integrum enim summam exsolvere tenetur, licet cessionarius minus vel quale quale etiam pretium exsolverit, *Dec. Rdt. Rom. 21. n. 16. que de Cef. Jur. exhibetur in fin. Tract.* Alphonſ de Olea. a Domin. Fantino. Lenz. *de Cession. nomin. cap. 25. n. 4.* Molin de Uſur. *qu. 62 n. 43.* Dn. Stryk. *in Cautel. Contract. sett. 4. cap. 2. §. 13.* Quæ ergo probata non relevant ad probandum non admittuntur *c. fin. ff. de Nat. al. refit.* ibique Dd. Mev. P. 4. *Dec. 13. n. 6. & Dec. 5. n. 2.* Licet adhuc opus sit probare titulum, per quem acquisita cesso, cum sine hoc nulla valeat cesso *l. 9. C. de Procurat. Menoch. lib. 3. Presumt. 129. n. 29.* Alphonſ de Olea de Cef. jur. Tit. 1. *qv. 4 n. 8.* Dn. Brunnem. *de Cession. cap. 1. n. 95. seq.* Cacheran. *Dec. 144. n. 12.* Seraphin. *de Privileg. juram. privil. 93. n. 7.* Paul. Christin. *Vol. 2. Dec. 10. n. 4.* Licet instrumentum tradicim in quo continetur clausula: *Allen getreuen Briefs Inhabern / Dn. Strik in Cautel. Sett. 4. cap. 2. §. 18.*

⁴⁹ Isdem argumentis obviam ire licebit difficultati, si pre-

si pretium quidem promissum sed nondum exsolutum, sed fides de eo sit habita. Licet enim videatur agi posse ad quantitatem promissam adversus debitorem cessum, cum (1) emtio & venditio simul atque de pretio constat, sit perfecta. §. 3. J. de Emt. & vend. & sic etiam haec nominis venditio. Et licet (2) ut pretium intercedat necessum sit, idem tamen sit, pretium revera intervenisse, & fidem de pretio esse habitam. §. 41. J. de R. D. L. 25. ff. de Solut. Nam datum videtur, quod promissum l. 9. §. 1. ff. de Condit. caus. dat. Dn. Brunnen. de Cessio. cap. 1. n. 18. Franzk. ad L. Anastas. qu. 6. n. 27. (3) Nec ad debitorum cессum pertineat, fidem esse habitam, quia haec est res inter alios acta, sed sufficiat, quod adhuc solveretur.

Verior tamen, hisce non obstantibus, est sententia 49 contraria, quod scil. cessionarius a debitore cesso nihil exigere posset, antequam revera pecuniam numerasset. p. L. Per diversas. 22. C. mandat. verb. solutarum pecuniarum. Ex quo, ut ante probatum, liquido apparet, nihil exigi posse, quam quod re vera exsolutum. vid. Anton. Faber. l. 4. C. tit. 22. Christian. Lenz. de Nom. & alt. cess. cap. 25. 50 membr. s. n. 7. Nec obstat quod emtio & venditio statim sit perfecta, si de certo constet pretio, §. Cum autem. J. de Emt. & vendit. Concedimus enim lubenter, valere cessionem quantum ad substantiam, non vero quoad exercitium, Alex. Trentacinq. L. 2. Tit. de Action. resol. 2. n. 5. Gabriel. comm. Concl. 5. Tit. de Action. n. 28. Guid. Papa Dec. 567. Franzk. lib. 1. Resol. 8. n. 68. Hoc est, valet quoad cedentem & cessionarium, non vero quoad tertium, respectu cuius cessio non est perfecta, nisi revera secuta fuerit exsolutio. add. Dn. D. Hoppius in Disp. de Fide habita sub presid. Magnif. Dn. Strykii cap. 3. n. 28.

Pariter quoque secundum argumentum non strin- 51 git, cum in præjudicium tertii non eundem habeant effectum, pretium esse solutum, & fidem de pretio esse ha-

C 3 bitam,

bitam, præcipue, ubi actus suspicione quadam laborat, ut in praesenti casu cessio nominis incerti, quæ sine reali pretii exsolutione semper suspicionem quandam præse fert, eam factam fuisse animo vexandi debitorem, & sic, quoad tertiam oppositionem, facile apparet, multum interesse debitoris, an solvatur, an non, nam ipse quoque

52 tunc ad solvendum compelli potest vel non potest. Convalidari tamen poterit cessio, si pendente judicio ante latam & secutam sententiam realis sequatur exsolutione. arg L. 9. §. fin. ff. de Pign. ad Dn. Hoppius d. Dib. n. 30. Idem dicendum de venditione hac conditione facta, ut reportata demum victoria cedenti premium conventum præstetur.

Ante realem enim solutionem nihil exsolvere tenetur, cum non obscure appareat, cessionem factam esse animo divexandi debitorem. Lenz. cap. 15. Membr. s. v. 10. Quod si igitur pendente lite in utroque casu sequatur realis solutione, debitori cesso tamen adhuc salva remanet jura menti delatio, quo probare debet cessionarius, nullam fraudem latere sub hac solutione. Alias enim saluberissima Lex Anastasiana calliditati & simulationibus, quibus tamen maxime opponitur, declinari facilissimo posset negotio. Modo limitatio n. 47. hic repetatur.

54 Subjicienda erit tandem quaestio non minori utilitate, quam obscuritate nobilis, cui nimurum premium residuum sit adjudicandum. In cujus Decisione Dd. mirum in modum variant, dum tres diversas atque distinctas reperire licet sententias. Prima opinio cedenti quantitatem excednetem deberi, defenditur a Gloss. in d. L. 22. verb. persolvit. verb. Verum hic Bald. ibid. n. 20. Menoch. lib. 3. Presumt. 129. n. 27. Berlich. Dec. 35. n. 3. & seqq. ubi al legat Prajud. JCtorum judicij Curialis Wittebergenfis. quos sequitur Carpz. P. 1. C. 30. dof. 39. adducto præjud. Scabinorum Lipsienf. Trentacing. Lib. 2. Tit. de action. Resol. 2. n. 12. Franzk. Lib. 1. Ref. 9 n. 10. seqq.

55 Fundamenta quibus haec sententia nititursunt. (1.)
Quod

Quod cessio in residuo pretii non valeat *l. 22. C. Mandat.*
ibi: *usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum. &c. &*
sic habenda pro non facta l. 5. C. de LL. Quoties vero jus
cessum non transfertur ad cessionarium toties remanet pe-
nes cedentem *l. lite pendente 2. C. de Litigios.* Giurb. *Dec. 63.*
n. 4. Niger. Cyriac. *Lib. 2. Controv. forens.* 254. *n. 23.* Castill. *de*
Uisfr. cap. 69. n. 24. Paul. Gallerat. *de Renunc.* *Tom. 1. Lib. 1. c. 10.*
n. 20. (2) Nulla reperitur Lex qua cedentem puniat, ultra
casus in *l. 23. §. 2. C. Mandat.* expressos, qua tanquam pœ-
nalis stricte interpretanda & sic ad casus non expressos
extendenda non est. Carpz. *d. l. def. 37. n. 3.* adeoque non
intelligitur amissum, quod ablatum non est, *l. 20. ff. ex*
qv. caus. major. Quod maxime urget Franzk. *d. l. si nul-*
la fraus nullusque dolus cedentis concurrat, quod vide-
tur probabile, ubi enim nullum delictum ibi nec ulla
pœna locum habet.

Exigu tamen momenti videntur hærationes; Cer- 56
to enim certius est *L. Anastas.* succurrere velle debitoribus, ne variis & gravissimis litibus divexentur, ast quo-
modo quoſo exitum haberet hæc constitutio, si primo
a cessionario usque ad quantitatem concurrentem con-
veniretur, & deinde quantum ad residuum actione pul-
sari posset a cedente? non ne sic magis onerosa debito-
ribus effet *L. Anastas.*? nonne sic lites debitoris multi-
plicantur contra expressam satisque claram mentem
Imperatoris, Alphons. *de Olea Tr. de Cef. iur. &c. et. Tir.*
6. qv. 10 n. 70. Finckelthaus. *Obs. 17. n. 6.* Nec Obst. adducta
loco Rat. Dub. prime. Nam *L. 22. C. Mand.* nobis potius
inservit, qua expresse vult cessionem valere ad quanti-
tatem concurrentem, dum ergo cessionis effectum, qui
alias fuiflet, ut omne debitum exigere potuiflet cessiona-
rius, ad certain quantitatē restringit, omnem reliquum
niexum obligationis debitoris annullasse videtur. Nec
L. 5. C. de LL. procedit in *L. Pœnali,* in eam enim si pec-
cetur licet actus non subsiftat, pœna tamen contrahi-
tur.

tur. vid. Manz. de L. Anastas. in interpret. Justin. ad §. 1. n. 8. Plane diversus vero casus habetur in L. 2. C. de Litig. ex qua generalis regula formata, procedit enim ea tantum in tali casu ubi tota cesso penitus nulla est, Alphon. de Olea d. l. qv. 10. n. 72. non vero in ea quæ valere jussa est, sed tantum ad certain quantitatem, uti in nostro casu, ubi cedens omne jus quod habebat transluit in cessionarium, licet hic puniatur certæ partis amissione, hoc enim nihil ad cedentem qui semel juri suo pro pecunia accepta renunciavit. Add. Honorat. Leotard. Tr. de Usur. & Usurar. contract. coercend. qv. 39. n. 32. Ubi monet, hanc sententiam procedere non posse, cum alias nemo pro parte donaret, actionem tantum minoris venderet, & ita iterum L. Anastasiana eluderetur.

57 Rationem alteram facila refellit Anastas. in L. 22. C Mandat. & ejus interpres Justinianus in l. seq. 23. § 1. & 2. Cujus verba non restringenda, sed amplianda L. enim. 23. est tantum constitutio interpretativa. quæ verbis clarioribus exprimit illa, quæ jam tum ex mente Anastasii erant prohibita, a rabulis vero quibusdam eversa. Cum ergo dicat, nec cedentem nec cessionarium residuum exigere posse, si pro parte donatum nomen præsupponit, hoc juris esse in omni cessione facta contra L. Anastas. propositum enim Imperatoris est, declarare, cessionem pro parte donatam, fieri in fraudem legis, & ad generali prohibitionem esse revocandam. Ampliatio vero semper præsupponit regulam ejusdem tenoris. Ratio insuper diversitatis sufficiens dari non potest, cur in utroque casu eadem poena non obtineat, ut fateri necessum habet Carpz. lib. 5. Ref. 33. n. 28. Poenæ enim ad eisdem generis delinquentes merito extendendæ.

58 Nec quicquam negotii facit distinctio Franzkii Lib. 1. Ref. n. 10. allata qua primo intuitu probabilis, penitus tamen si consideretur nihil facit ad rhombum: Aut enim facta est cesso ex necessitate quadam vel alia causa probabili, (ut supponit Franzk.) tunc cessionarius integrum sumimam

sumnam petere potest, cum non impingat in L. Anastas. & sic opus non est recurrere ad cedentem, aut facta fuit in fraudem L. nostræ, & uterque amissione nominis quantum ad superfluum punitur, ne alias debitor jam a duobus vexetur, qui ante hanc Legem cum uno item suscipere tantum tenebatur, antea probatum. Mirum ergo JCtos tanti nominis hanc sententiam defendendam suscepisse.

Ipse Carpzov, infirmitatem hujus sententiae videns, eam imutavit lib. 5. Rep. 33. n. 28. ubi priori sententia refuta prolixe votum suum dat opinioni secundæ accedente noviter Mev. P. 3. Dec. 1. n. 3. & 4. Hic tamen summus JCtos in *Discuss. levam. inop. debit. cap. 7. n. 22.* ingenuæ fatetur, juri Justinianæ conformiorem esse sententiam illam, quæ debitori tribuit, de qua mox. Hi acer-^{59.} rime propugnat, residuum pretium nemini ex contrahentibus, nec debitori, sed soli Fisco esse tribuendum, eique exactiōne quantitatis superfluxus concedendam, tribus potissimum moti fundamentis. Nam (1.) Nulla lex hanc quantitate excedentem assignat debitori, sine hac vero nihil statuendum, Carpzov. d R 33. n. 30. (2.) Omnes multa Fisco cedit, hujus vero superflui amissio est multa. L. 2. C. ne liceat potent. patroc. litig. pref. tbi. debiti credores jactura multetur. & L. un. C de his qui pot. non ibi. amissione multetur, adeoque Fisco jus suum manere debet salvum. (3.) Idem observatur in casu prorsus simili, puta contractibus usurariam pavidatatem sapientibus, in quibus debiti amissio non debitori sed Fisco ce-
dit Carpy d. l. n. 36.

Verum nec hæc nobis placet opinio. Prima ratio-
ni enim opponimus mentem & verba L. Anastas. & Ju-
stinianeæ. Secundam quod attiner, respondemus bre-
viter, Vocabulum multa sumi vel stricte pro pecunia a
Magistratu ob delictum perpetratum exigenda vel late
pro quacunque poena, quod frequenter fieri consuevit in

D

in

in verbo multare ex. gr. multare exilio, morte, fama &c.
ubi idem significat ac punire. Hoc modo amittit ce-
dens superfluum, non priori, & sic allegatae a Carpzovia
LL. sunt intelligenda.

- 62 Majoris momenti videtur 3. fundamentum, verum
& hoc si penitus inspicatur magis pro nobis, quam con-
tra nos militat. Contractum enim usuratum iniens a-
mittit quartam partem sortis Reform. Polit. Frankfurt, de
Anno 1577. ita. von wuchtlichen Contracten. §. diep. ist aber
vers. Sezen ordnen ic. ibi: den vierden Theil im seiner
Haftsumme verloren / und derselbe halb seiner bürgerlichen
Obrigkeit der andere halbe Theil aber der Obrigkeit / dar-
unter der arme Mann ic. heimgefallen. Quæ poena in non-
nullis locis exasperata. Sic in Pomerania ex constitutione
Ducis JOH. FRIEDERICI, dimidiæ partis amissione puni-
untur. Mev. P. 6. Dec. 402. n. 3. In Saxonia vero Serenis-
simus Elector totam summatam Fisco applicandam voluit.
vid. Mandat. Joh Georgii de Anno 1625. die 28. April. ibi
dass sie nicht allein des vierden Theils / sondern auch der
ganzen auf Bucher ausgeliehenen Summen verlustig seyn.
64 Ha sunt poena, quibus puniuntur usurarii & co-
natores, sed quis affirmabit, eandem poenam cessioni I.
Anastasianæ contraria quoque esse dictatam, cum uno
ore omnes fateantur, quantum ad summam concurren-
tem five revera exsolutam cessionem valere, nullus vero
est qui alaserat quartam vel dimidiā partem pecunia
exoluta cedere fisco. Imo hacet talis poena (ut a Se-
renissimo Elect. Sax. in Edict. sub dato die 1. Febr. 1614. §.
Und dieweil fast ic. ibi So wol der Cedens als der Cessio-
narius der ganzen Forderung verlustig erkant / und noch dar-
über in andere Wege ernstlich gestrafft werden solle. §. Dec.
Nov. 28. §. Sezen / ordnen ic. circa fin.) eslet statuta, ut to-
tum debitum vel eius pars Fisco sit applicanda, hoc ta-
men tantum foret intelligendum de vera quantitate dati
pretii, ita ut residuum nihilominus debitoris lucro ce-
dat,

dat. Quo fine datum exemplum de Usurariis contractibus assumemus, & huic cessioni applicabimus. Finge, ergo: aliquem mutuo accipere 100. thaleros, promissis singulis annis 15. thal. usurarum nomine, quos etiam per 5. annos exsolvit. Postea vero vel ipse agit vel Magistratus ex officio inquirit, adeoque queritur, quid nam Fisco sit applicandum? Et respondeatur: Pro diversitate locorum vel quartam, vel dimidiam partem fortis vel totam sortem Fisco esse adjudicandam, ita tamen ut debitori cedat, quod superfluum usurarum nomine dedit. l. 29. ff. de Usur. l. 26. C. eod. ibique Dn. Brunnenm. n. 22. Joh. a Sande Dec. Frisic. lib. 4. tit. 14. def. 7. Carpoz. p. 2. C. 30. def. 4. Zoes. ad ff. tit. de Usur. n. 12. Dn. Srruv. Exerc. 27. th. 54. Licet & igitur totum debitum cedat Fisco, Debitor tamen hoc casu ultra 50. thaleros exsolve re non tenetur, cum per quinque annos 50. thaleros tanquam superfluas exsolverit, qui ab ipsa sorte jam sunt deducendi *ad rect. & Dd.* Pari modo in nostro casu, licet Fisco applicetur vel pars aliqua, vel totum pretium, plus tamen capere non poterit, quam quod revera a cessionario fuit solutum, reliquum retinebit debitor cessus. Huc facit, quod tantum debita illiquida cedantur contra L. Anastasianam, uti in cap. 3. notabimus. Quomodo vero Fiscus capere posset totam summam, que tamen non est liquida, sed per hanc exsolutionem liquida de mun facta, dum tacite creditor fateri videtur, sibi re vera non plus deberi, quam a cessionario pro debita summa accepit. Et haec sententia a meate Sereniss. Elect. Saxon. aliena non videtur, dum *in Dec. Nov. 28. S.* Sehen und ordnen *circa fin.* Fisco injungit, ne nimium gravet debitores, sed commodos solutionis terminos & dilationem concedat, & insuper omnes usuras, ex sorte illa, usque ad id tempus, quo ad fiscum ea penitus pertinet, remittere debeat, procul dubio ergo noluit, ut a fisco

sco ultra quantitatem exsolutam vexentur debitores , si nomen dubium & incertum fuisset cessum.

68 Rejectis itaque his opinionibus Tertiæ rectius sentientium cohorti nomen dare non dubitamus , qui uno ore debitori cesso hoc assignant cominodum , idque ob clara, Ir perat. Justiniani verba in d L. 23. §. 2. ibi. tantummodo exactionem sortiri ejus , quod datum esse comprobatur , & si hoc a debitore persolvatur , nulla contra eum vel substantiam ejus oriatur molestia . Si ergo debitor nulla molestia afficiendus , quantum ad residuum , sequitur , nec cessionarium , nec cedentem , nec Fiscum , nec ultimum alium de summa restante agendi habere facultatem.

69 Quamvis enim hanc consequentiam neget Carpzovius , dictaque verba ad cedentem & cessionarium restringere velit , utpote de quibus in §. i. in fin. dixerat Imperator , ita , ut his tantum exactio negetur , Fiscus vero non excludatur , Generalitas tamen rationis hanc restitutio-
nem non admittit ut supra dictum. Cui (2) accedit , quod non tantum in pœnam cedentis & cessionarii , sed etiam in favorem debitoris cessi hac constituta sit introducta , adeoque in ejus odium non detorquenda , contra L. 6. C. de LL. Et enim iniquum in plures adversarios distringi eum , qui cum uno contraxit , sunt verba l. 27. §. ult. ff. de Pecul. Quæ ad nostrum casum eleganter applicat , Alphons. de Olea Tr. de Cess. jur. & aet. tit. 6. qv.

70 10. n. 70. in fin. (3) Extincta præterea est obligatio debitoris cessi , quantum ad excessum summæ & sic a nemine desuper conveniri potest , quia nemini jus conveniendi competit , non secus ac in præscriptionibus , ubi dominus rei vel obligationis punitur amissione sui dominij vel actione ob negligentiam , Fiscus tamen capropter non capit , sed bona fide possidens illas res vel jura lucratur , 71 omnisque obligationis nexus extinguitur. Nec Obst. quod debitori sufficere possit , quod a cessionario , auctore forsan potentiore , quoad residuum , judicio pulsari & molestari neque-

nequeat, interim vero Fisco concedendum esse, ut exigit
hoc residuum; Quasi vero ullus potentior actor Fisco
inveniri posset? Et sic una manu quid indulget Carpzov.
altera vero longe majus infert præjudicium.

Merito ergo cum Imperatore Justiniano constan-
ter defendimus, nullam penitus molestiam esse causan-
dam debitori, quantum ad superfluum, sed potius peni-
tus obligationem hanc per factam cessionem fuisse no-
vatam Franc. Niger. *Conr. for. 676. n. 10.* ita ut prior to-
taliter extincta sit, præsens vero, usque ad quantitatem
revera exsolutam tantum subsistat. Denique (4.) hæc 72
sententia haud obscure confirmatur ex Auth. *Minoris C.*
Qui dar. tuor. ibi. nec i. qui cesserit agere debet, sed minor
lucrabitur vid. Finckelth. *Obs. 17. n. 8.* Et omnium optime
ex 1. 2. C. *Ne liceat potentior.* Contra quam L. si contrahen-
tes peccent, perdit uteque actionem Dn. Brunnenm.
ad d. 1. n. 1. Nec tamen poena cedit fisco Hillig. *ad Do-*
nell. lib. 18. cap. 11. lit. M. Frantz. *lib. 1. Ref. 10. n. 60.* Licit
Diff. Alph. de Olea *Tr. de Cess. jur. §. Act. Tit. 2. qv. 4. n. 31.*
Quod nec jure novo sive per Recess. Imper. mutatum
consentiente Dn. Meyio. in *Discuss. levam. inop. deb. cap. 7.*
n. 24. in fin. Cur ergo mutatum hoc effet in L. Ana-
stasiana? Sed hæc ulterius deducere non vacat, sufficit
hanc sententiam nostram juri Justinianeo esse confor-
mem & in praxi magis receptam. Anton. Gabriel. *lib. 2.*
Comm. Opin. tit. de actionibus Concl. 5. n. 1. v. *Contrarium ve-*
ro &c. Parlador. P. 3. lib. 2. Rer. quotid. cap. fin. §. 4. n. 11. sq.
Cujac. lib. 10. Obs. 3. lib. 16. Obs. 16. Zæl. ad ff. tit. de Hered. &
Act. vend. n. ult. Joh. a Sande de Cess. act. cap. 11. n. 10. Ho-
norat. Leotard. *Tr. de Usur. & Contr. usur. coërc.* *qv. 39. n. 32.*
§. Sed contrarium Alphon. de Olea Tr. de Cess. Jur. & act.
tit. 6. qv. 10. n. 70. & seq. Manz. ad L. Anast. qv. 8. n. 8. & n.
18. Finckelthaus. Obs. 17. n. 4. & seq. Qui in fin. allegat.
præjudic. Witteb. Facultat. jurid. Lipsiens. & Scabinat.
Lipfensi. Richter. *Dec. 36. n. 24.* Dn. Mey. alias nobis con-

30 CAPUT II. DE CESSATIONE LEGIS ANASTASIANÆ

trarius de Levam. inop. debit. c. 7. n. 22. ubi hanc sententiā juri Justinianeo vocat consonam, eandemque in præxi receptionem se deprehendisse fatetur. Struv. Exorc. 13. tb. 80. Dn. Brunnem. ad L. 23. C. Mandati. n. 5. Idemque in hac nostra Alma Viadrina die 24. Novemb. 1676. pronunciatum fuisse, testatur Magnif. Dn. Stryk. in Castel. Contrat. Seit. 4. cap. 2. §. 12. verba sententiæ in fine sunt: Und obgleich andere den Überfluss der Obrightit adjudicieren. Mey. Part. 3. Dec. 1. n. 3. Carpzov. lib. 5. R. 33. Ist doch sothane sententia, wo selbe nicht per contrarium consuetudinem vel statuta eingeführet / billig zu verwirrfen / massen nicht bloß in pœnam cedentis, sondern vorn hmlich in favorem debitoris cessi, solches beneficium verordnet / da hero denselben billig das commodum gelass. wird. B. N. W. Sperato diutius nos detinuerunt intricata hæc quæstio, in ejusque Decisione ponderosa sententiarum divortia, ut loqui amat Frantz. lib. 1. Ref. 8. n. p. Properamus ergo ad

CAPUT II.
DE
CESSATIONE LEGIS ANA-
STASIANÆ EX JURE HEREDI-
TARIO.

S U M M A R I A.

Lex Anast. prohibet cessiones que tamen alios casus non ex-
ad vexandos debitores f-
etas. n. i. eludunt. 5.
Valent. ergo ex alia causa fa-
cte. n. ii. Excipiuntur cessiones inter cohe-
beredes facte. 7. seq.
Quod probatur exemplis ab Im-
per. allatis. 2. L. Anast. obtinet in omni contraria-
etu oneroso. 9.
Nec

| | | | |
|---|---------|---|-----|
| Non obtinet hæc Lex si uno hereditate pro pecunia numerata sedantur. | 13. | Idem obtinet in legatariis. | 24. |
| | | Modo debitum cessum utriusque sit legatum. | 25. |
| Quæ limitatio adhuc hodie in uſu. | 14. | Extenditur ad socios. | 26. |
| L. ult. C. Mand. objicitur. | 15. | An hæc lex obtineat, si extranco hereditas vendatur. | 27. |
| Respondetur. | 16. | Quod aliqui affirmant. | 28. |
| Idem in Saxonia obtinet. | 18. | Bartolus distinguit. | 29. |
| Siberes nihil accipiat ex nomine cesso, an habeat regressum contra coheredes. | 19. sq. | Alii simpliciter negant. | 30. |
| | | Et horum sententia regulariter approbatur sub restrictione. | 31. |

Demonstravimus in Cap. præced. veram & genuinam L. Anastasianæ sententiam in eo consistere, ut scilicet redentoribus litium occurratur, nullaque cessio ad vexandos debitores facta valeat, nisi ad quantitatem soluti pretii. Cum itaque ratio hujus Constitutionis sit fraus & dolus, Consequens est, ut a contrario sensu ducatur argumentum: Cessio nem non animo vexandi debitorem, sed ex alia necessaria vel probabili causa factam esse validam, etiam quantum ad sumimam excedentem. Argumentum enim a contrario sensu deductum in jure dicitur firmissimum. L. 1. pr. ff. de off. ejus cui mand. est juris. L. 20. §. mulier. 6. ff. qui test. fac. ibique Gothofred. tit. K. Carpov. P. 2. C 14. def. 2. n. 7. Idemque est, an aliquid veniat a contrario sensu, an ex resesse in Legi continetur. Gloss. ad d. L. 20. §. 6. quia dicitur mens legis. Nicol. Everhard. in Topic. Legal. Loc. 82. A contrario sensu n. 2 Cui accedit, quod cessante ratione Legis, cesseret ejusdem dispositio & prohibitus Joh. Strauch ad Ius Justin. Diff. 1. tb. 15.

Adeoque cessante calliditate & animo vexandi prohibito quoque L. Anastasianæ cessat. Juxta communem Dd. sententiam Anton. Gabriel. Comm. Concl. tit. de

Actio-

32 CAP. II. DE CESSAT. LEGE ANASTASIANÆ

- Affitionibus. Concl. 5. n. 15. Menoch. lib. 3. Praesumt. 129. n. 16.*
Joh. Philipp. ad Dec. 67. Elef. 28. Obs. 3. n. 4. Carpzov. P.
1. Dec. 76. n. 9. Mev. in Discuss. levam. inop. debit. c. 7. n. 26.
4. Quod etiam apprime convenit cum sententia Imperat. Anastasii, dum ipse varia Exempla subjecit, in quibus cessiones non fieri præsumuntur ad vexandum debitorem, adeoque eas valere jussit, pro quaenque etiam summa cerederentur. *L. 22. C. Mandati.* Ex eo tamen concludere non licet, quasi Imperator omnes omnino exceptiones ibidem retulisset, reliquias vero, simili quamvis ratione nitentes, prohibuisset, juxta vulgatum illud: Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Everhard, *in Loc. 9. ab except. ad regul. n. 1. Barbosa lib. 5. cap. 23. axiom.*
 5. *Hæc enim regula valet quidem in casibus prorsus alienis non vero in similibus, ut eam bene limitat Everhard. d. 1. n. 5. vers. tertio dcta theoreta.* Quod præcipue verum, si alia mens legislatoris appareat, quam quod omnes alios casas excludere voluerit, ut in praesenti casu ex *l. 21.* appetat ibi in fin. *Ut cessiones tam pro exceptis & specialiter enumeratis, quam aliis causis factæ &c.* add. Joh. a Sande. *de Cess. cap. II. n. 23.* Transiit jam facimus ad exceptiones ipsas percurrendas, tam ad Imperatore, quam Dd. passim alatas, quo eorum quæ habentus diximus, veritas eo magis elucescat.
 6. Primo loco agendum arbitrii fuimus de Cessionibus nominum ex jure hereditario competentibus, tum quia has exceptions Imperator ipse priori loco dighari voluit, tum quia admodum frequentes sunt cessiones nominum in hereditatibus; Nomina enim tam passiva, quam activa ipso jure inter heredes sunt divisa. *L. 6. C. Famil. er ciss. ibique Dn. Brunnem. n. 6.* Quod si ergo unus totam debitum hereditarium exigat, nihil capit præter suam partem. Sed opus est cessionibus. Carpzov. *P. 3. C. 15. def. 19. n. 3.* quarum formulam exhibet Magnif.
 8. *Dn. D. Stryk. in Caus. Contract. Scit. 3. c. 4. §. 4.* Viderendum

dum itaque: an tali cessioni obstet L. Anastasiana? Quod facile negari potest, si debitum liquidum & certum, at si dubium sit, Affirmativa videtur rectior. Est enim hæc divisio vel adjudicatio nominum hereditariorum species quædam permutationis, Hunn. ad Tr. V. 1. D. 20. lib. 12. lit. D. Dn. Brunnen. ad L. 25. ff. Famil. ercisc. n. 43. & sic contractus onerosus. Jam vero certissimi juris est, L. Anastasianam non tantum prohibere cessiones nominum incertorum factas pro pecunia numerata, sed etiam in permutationibus locum sibi vindicare. Joh. a Sande. de Alt. Cef. c. 11. n. 28. Franzk. lib. 2. tit. de Actionibus. Resolut. 2. n. 18. Christian Lenz Tr. de Cef. nom. c. 25. membr. 3. n. 3. & 4. Lauterbach. ad. ff. tit. de Hered. & Alt. vend. n. 39. licet dissentiat Faber. in Cod. lib. 4. tit. 26. d. 9. n. 6. His tamen non obstantibus expresse excipit Imperator Anastasius cessiones factas ab heredibus in Divisione hereditatis in L. 22. C. Mandati. ibi exceptis cessionibus, quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit. Ratio est, quod in hac cessione deficiat animus vexandi debitorem, cum præsumatur, eos aliter nomina commode dividere non potuisse. Perez. ad. tit. C. Mandati. n. 17. Gothfred. in Not. ad. L. 22. C. Mandati. lit. C. Adeoque non sunt litium redemptores, sed potius litium amputatores, tum respectu eorum, qui cessionem celebrant, (mater enim discordia est communio. L. cum pater. 27. §. 20. ff. de Leg 2.) tum respectu ipsius debitoris, qui alias ab omnibus esset conveniendum, jam vero cum uno tantum in judicio contendit. Accedit, quod heredes ex additione ejusdem hereditatis sibi invicem sint obligati, & sic qs. in solutum datum censetur. Optima tamen ratio esse videtur, quod res hereditariae sint communes. Quamdiu enim hereditas divisa non est, quilibet hereditatis dominus censetur, & sic per consequens redemptio nominis dubii in hereditate reperti, non est cessio facta litis alienæ transferenda gratia. Propriæ enim cau-

34 CAP. II. DE CESSAT. LEGIS ANASTASIANÆ

sæ videntur, quæ nobis & aliis communes. arg. L. 2. §. pen. ff. quand. appell. Dn. Brunrem. ibidem n. 12. Manz. ad 13 L. Anastaf. n. 14. Quod non tantum procedit in divisione, sed etiam in cessione facta pecunia interveniente, Sic schlagen die Schulden einem vor baar Geld zu / vel etiam cum reliqui unius portionem hereditariam redimunt pecunia numerata, Sie geben ihm vor sein Theil baar Geld/ cum de L. 22. generaliter loquatur, nec ratio diversitatis dari possit; Eadem enim hoc casu militat ratio; quæ ante adducta, factam sc. esse cessionem divisionis comodioris gratia, nec actionem penitus alienam fuisse cessam.

14 Modo adducta adhuc hodie observari, communis Dd. est sententia vid. Christian. Lenz. de Cess. cap. 25. n. 14. Anton. Gabriel. Comm. concl. 6. lib. 2. tit. de Actionibus. n. 6. Nicol. Vigel. Meth. Jur. Civil. lib. 15. cap. 4. reg. 6. except. 2. repl. 4. dupl. 1. Johan. a Sande de Cess. cap. 11. n. 19. Berlich. P. 1. Dec. 33. m. 1. Johann. Philipp. ad Dec. Elect. 28. Obs. 2. n. 7. Magnif. Dn. Stryk. in Cautel. Contract. Sect. 4. c. 2. §. 14. in 15 fin. Ab ea tamen recedunt Manz. in Interpret. L. Anastaf. qv. 6. n. 6. Perez. ad tit. C. mandat. n. 19. Giphan. ad d. L. 22. col. 5. pr. Rath. de Contrah. emt. affer. 31. n. 2. Franzk. lib. 1. Ref. 8. n. 1. qui putant L. Per diversas. 22. C. mendati mutatam esse ab Imperat. Justiniano in L. ult. C. eod. ubi inveniens, inquit, in ea quasdam personas exceptas, præcipit in iisdem personis hanc legem observari, neque superioris legie exceptione usi. Fandemque sententiam confirmatam fuisse in Saxonia a Sereniss. Elect. in Edict. sub dato den 1. 16 Febr. 1614. contendit Franzk. d. l. n. 41. Verum cum haec L. ult. in Codicibus Veteribus non reperiatur, sed ex libr. Basilicis desumpta, & a Cujacio lib. 16. Obs. 16. restituta sit, ut fatetur Gothofred. ad b. L. lit. R. Manz. d. qv. 6. n. 6. Et postea privata autoritate corpori Juris nostri a Gothofredo sit inserta, juxta Franzk. d. Refol. 8. n. 41. Authentica non est, adeoque vim Leges Corpori Juris interfertas

fertas abrogandi non habet, uti bene ex Gentil. de lib. Jur. Civ. c. 5. Adam Ricc. Tract. de lib. Jur. Aphor. 57. vers. tertio loco probat Lauterbach. ad ff. tit. de hered. & act. vend. n. 34. Sicuti enim libri Basiliici legis auctoritate in Occidenti nunquam habuerunt, nec per observantiam fori comprobati. Dn. D. Stryk. in Precogn. Jur. Univers. cap. 5. §. ult. Ita nec haec constitutio ex Basilicis defumta tantum pollere potest auctoritate, imo eam in specie in foro non observari, testatur, Honorat Leotard. de Usurar. Contraff. quæst. 39. num. 37. in fin. & copiose probat Dn. Lauterbach. d. l. n. 34.

Saxoniam quod attinet, tantum abest, ut d. L. ult. sit 18. approbat, ut potius reprobata, & exceptiones d. L. 22. expresse confirmatae peperiantur a Sereniss. Elect., in Dec. Nov. 78. §. von oberzehlter Satzung wollen wir ausdrücklich befreyet wissen / wann Miterben / Legatarii oder Fideicommissarii bey Theilung einer Erbschaft zu ihrer Abfindung aus gemeinsamen Erbe / legato, oder Fideicommisso gewisse obligationes oder actiones zugethielet / u. sondern auch den Parteien einen merklichen Vortheil und Nachlaß zu ihun allerdings verstatte bleibet. Nec etiam verba Edicti a Franzk. allegati hoc involvunt, cum directo non concludant, mutatio vero, nisi clare appareat, non sit præsumenda.

Hic offert se quæstio notabilis. An heres cui cesserum est nomen hereditarium, si nihil a debitore cesso consequatur, regresum habeat aduersus reliquos coheredes? Et ante omnia videndum, ex quamam caula exsolutione ipsi denegerit. Nam si debitor exceptionem compensationis vel solutionis opponat, competit ipsi regresus contra heredes, utpote qui evictionem præstare tenentur. Burgunt. de Evict. cap. 11. n. 1. Hahn. ad Wes. b. t. de Hered. & act. vendit. n. 6. Berlich. P. 1. Concl. 24. n. 52. licet in specie promissa non sit. L. 14. C. Famil. ercise. L. 7. C. Commun. utriusque judic. Dn. Stryk. Sect. 3. c. 4. §. 14. Imo

pilon

E 2



36 CAPIT II. DE CESSATIONE LEGIS ANASTASIANÆ.

- 20 Imo licet expresse caveant, ne de evictione teneantur, nihilominus verumdebitum præstare debent, ut ex Gitarb. Dec. 87. n. 12. Mantic. de Tacit. & amb. convent. lib. 4. tit. 14. n. 1. Gutzman. de Eviction. qv. 35. n. 7. & seq. probat Alphons. de Olea tr. de Cess. jur. & act. tit. 7. qv. 3. n. 4. Hæc enim divisio est instar permutationis Dn. Brunn. ad L. 25. ff. Famil. ercite. n. 43. Quod si vero ob inopiam debitoris debitum vel plane non vel ejus partem exigere non posset, damnum hoc pertinebit ad Cessionarium, non ad heredes, utpote qui debitorem verum cedere tenentur, non vero locupletem. L. 4. ff. de Hered. & act. vend. Anton. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 29. def. 15. n. 8. Hartm. Pistor. Observ. 212. n. 2. Tondut. quæst. & resol. civil. cap. 49. n. 1. Paul. Galerat. de Renunc. lib. I. cap. 4. n. 95. Franciscus Niger Cyriac. lib. I. Controv. Forens. 169. n. 4. Alphonsus de Olea tr. de Cess. jur. & act. tit. 7. quæst. 3. n. 3. Mev. P. I. Dec. 92. n. 2. licet evictio fuerit promissa: Et wolle ihm diese Schuld gewehren. Franzk. ad ff. tit. de Evict. n. 35. Hartm. Pistor. d. Obs. n. 4. Dn. Brunnem ad L. 4. ff. de hered. & act. vend. n. 4. Christian. Lenz. de Cess. nom. cap. 27. Membr. 7. n. 15. Dn. Stryk. in Cauel. Sæt. 4. cap. 2. §. 6. Dn. Mev. in Levam. inop. debit. c. 7. n. 44. Richter. P. I. Dec. 36. n. 2. Lauterbach. ad ff. tit. de Hered. & act. vendit. §. 2. n. 18. 21 Nisi cedens sciens inopiam debitoris cessi, cessionarium dolo & laudationibus induxit ad contractum, Andreol. Controvers. 333. n. 5. Niger. de Laudem. tom. I. qv. 28. n. 43. quos laudat & recte sequitur Alphons. de Olea d. tr. tit. 7. qv. 3. n. 6. Hartm. Pistor. Obs. 212. n. 8. Mev. d. cap. 7. n. 39. Franzk. ad ff. de Eviction. n. 77. Lauterbach. d. I. n. 18. Utilissima itaque cautela est, quam commendat Magnif. Dn. Stryk. Sæt. 3. cap. 4. §. 14. in fin. ut in specie bonitas præstanda promittatur, Sie wolten sie ihm als eine tüchtige Schuld gewehren. Tunc enim regressum habet cessionarius adversus cedentes, si debitor ob inopiam suam vel aliam causam solvere vel non possit vel nolit,

nolit. d. L. 4. ff. de Hered. vendit. Franzk. ad ff. tit. de E-
viſt. n. 37. Joh. a Sande de Ceffion. cap. 9. n. 27. Nisi post 23
cessionem factam fiat non solvendo , promittens enim
nomen bonum & idoneum liberatur, si nomen cessum
inidoneum fuerit factum post factam cessionem. L. 96.
S. 2. ff. de Solut. Mev. P. 1. Dec. 93. Hartm. Pistor. Observ.
212. n. 20. seqq. Honorat. Leotard. de Iſur. & Iſurar. con-
tract. qv. 80. n. 40. Carpz. P. 2. C. 34. def. 26. Lauterbach. ad
ff. tit. de Hered. vel aſt. vendit. n. 19. Mev. in Levam debit.
cap. 7. n. 47. Sibi enim imputet cessionarius, quod non
exegerit, cum exigere potuiffet. Joh. a Sande tr. de aſt.
ces. cap. 9. n. 29. Apprime ergo erit utilis Cautela a Dn.
Strykio. in Caus. Contrat. Sect. 4. cap. 2. §. 7. commendata,
ut cessionarius sibi promitti cureret cedentem satisfacturum,
si propter inopiam debitoris quoquaque tempore subsecu-
tam integrum debitum exigi non posset.

Dicta haec tenus de hereditariis debitis facili nego. 24
tio extendi poterunt ad legatarios & fideicommisarios,
quibus debita vel actiones, i. res alia simul sunt relictæ,
nam & hi specialiter sunt excepti, ad eosque non perti-
net prohbitio L. Anastasianæ, licet nomen dubium pro
minimo pretio collegatario cedatur. L. per diversas. 22. C.
Mandati ibi: nec non his , quas inter legatarios & fideicom-
missarios , quibus debita vel actiones seu res alia relictæ sunt.
Cujac. lib. 16. Obs. 16. Menoch. lib. 3. Pref. 129. n. 13. Ber-
lich. P. 1. Decis. 33. n. 2. Joh. a Sande de Ceffion. cap. 11. n. 22.
Dn. Brunnem. ad L. 22. C. Mandati n. 4. Eadem etenim
rationes, quaç pro hæredibus militant, applicari quoque
possunt ad Legatarios, cedunt enim tunc nomen non
penitus alienum, neque animo redimendi lites vel ve-
xandi debitorem, sed potius animo se liberandi a litibus.
Requiritur tamen ut nomen, quod cedi debet , utriusque 25
fuerit legatum , aliud enim debitum si legatarii sibi
in vicem cederent pro minori pretio, non effugerent co-
ercitionem L. Anastasianæ, cum clare satis dicta ex-
ceptio

ceptio ab Imp. Anastasio sit restricta ad debitum communne legatum, quod etiam verum in heredibus, qui sibi invicem non qualiacunque nomina libere possunt cedere, sed tantum hereditaria, in aliis enim cessant adducta rationes. Et hoc est, quod vult Carpz. Lib. 5. Rep. 32. n. 14. cessionem fieri debere tempore divisionis.

¹⁶ Dicta de heredibus & legatariis extendunt Dd. ad socios, qui quid commune possident. Menoch. lib. 3. Pref. 129. n. 14. & 15. Andr. Alciat. Rep. 124. n. 3. Trentacinq. lib. 2. tit. de Action. resol. 2. n. 7. Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de Actionibus. Concl. 5. n. 12. & 13. Dn. Brunnem. ad L. 22. C. Mand. n. 4. Joh. a Sande de Cef. cap. 11. n. 19. Quæ sententia juri ejusque rationi satis est conformis. Fit enim hoc casu cessio non litis redimenda, sed litis avertenda causa, cum communio nil nisi rixas pariat. *L. cum pater. 77. S. 20 ff. de Legat. 2.* quas ut socii declinent, & ab obligatione, qua sibi invicem sunt obstricti se liberent, permisum illis, ut liceat actiones sibi invicem etiam pro minori summa cedere.

¹⁷ Sufficienter, ut putamus, demonstratum in præcedentibus, cessare L. Anastasianam, si heredes sibi invicem actiones hereditarias cedant, videndum itaque, quid juris sit, si tota hereditas & quidem extraneo, ex titulo emtionis & venditionis cedatur, an actiones ultra pretium pro hereditate numeratum exequi valeat.

¹⁸ Sunt quibus negativa placet inter quos Donell. lib. 15. Comm. cap. 43. Adrian. Pulvæus ad Edit. de alien. jud. mut. causa relati a Joh. a Sande de Cef. nom. cap. 11. n. 16 alios vide penes Berlich. Dec. 33. n. 17. ob generalem Legis Anastasianæ prohibitionem, qua omnem cessionem juris dubii pro minori pretio factam valere jubet tantum ad summam concurrentem, eoque fine titulos ff. & Cod. ac hered. & ait. vend. per L. Per diversas 11. C. Mandat. restrictos & correctos esse assertunt. Ruin Vol. i. Conf. 37. n. 16. Angel. ad L. 22. in fin. Trentacinq. sub certa quadam conditione huic opinioni subscriptibit. *L. 2. tit. de Act. resol. 2. n. 16. s. scil. aperte*

aperte constet, hereditatem esse opulentiorē, quam quod
datum, nam si adhuc in dubio esset hereditatis estimatio,
integrum debitum petere posse cessionarium afferit. Barto-
lus ad d. l. 22. n. 23. distinguit ita: Aut venditor est in
possessione, aut non. Priori casu L. Anastasiana cesso-
nem non infirmat, bene tamen posteriori; Quam sen-
tentiam tanquam aquam & juris rationi contentaneam
approbat Joh. a Sande d. cap. 11. n. 18. in fin. Alii denique 30
simpliciter afferunt Legem Anastasianam non procedere
in Universitate cessa, & titulo venditionis translata. Bald.
ad d. L. 22. n. 8. Parif. Vol. 3. Conf. 19. n. 54. Anton. Gabr. lib.
2. Comm. Concl. tit. de Act. Concl. 5. n. 26. Chr. Lenz. de Cess.
nom. cap. 25. Membr. 2. per tor. Berlich. P. 1. Dec. 33. n. 16.
Franzk. lib. 1. Ref. 8. n. 49. ubi contra Bartolum disputat
Dn. Brunnem. de Cess. action. cap. 1. n. 47. & in Comm. Cod.
ad L. 22. n. 4. limit. 4.

Consideratis omnium rationibus disting. nobis vi- 31
detur, an agat cessionarius adversus debitores heredita-
rios, an adversus alium qui jus hereditatis sibi compete-
re pretendit, nec concedit, cedentem fuisse re vera
heredem. Priori casu ultima opinio verissima. Cum
principaliter nomen vel actio non ematur, sed tota he-
reditatis Sande d. cap. 11. n. 18. Lenz. d. l. n. 12. cuius aliena-
tio in l. 22. C. Mandat. restricta non est, Franzk. d. Ref.
8. n. 49. Et sic penitus non attendenda restrictio Tren-
taci iq. cum haec exceptio respectu debitorum sit juris
tertii. Posteriori casu huic L. locum esse censemus cum 32
re vera cesso fiat ad vexandum illum, qui jus heredita-
tis sibi competere probabiliter pretendit, adeoque si pa-
ratus tantum restituere cessionario quantum dedit, hic
contentus esse debet. Et hanc sententiam Bartoli quo-
que esse anguor, dum dicit hereditatem, quam quis non
possidet, cedens venditor est juris & actionis contra alium,
cessionarius vero emtor litium alienarum videtur, & sic re-
ste aqua appellatur haec sententia a Joh. a Sande d. cap. 11. S. 18.

CAP



CAPUT III.
DE
CESSATIONE L. ANASTA-
SIANÆ IN POSSESSIONIS DEFENSIONE
ET DEBITO LIQUIDO.

SUMMARIUM.

| | | |
|--|--|-----------|
| A ^D possessionis defensionem | Hujus sententia fundam. | 21. seqq. |
| licita nominis dubii ces- sio pro minori pretio facta | Negat. verior ejusque funda- menta | 25. |
| n. 1. | Probatur autoritatibus & pra- jud. | 28. |
| Idem obtinet in m. f. posseffore | Confirmatur Dec. Elecl. Saxon. | 30. |
| 5. | Ad contraria respond. | 31. |
| Mevius nobis contrarius refuta- tur | Aliter premium in cessione deter- minant Moralitie, aliter Jcti | 32. |
| An idem procedat si Hypotheca- rius aliorum debita coematis? | 33. | |
| Aff. | Nomen in diem auf Borgezeit | 34. |
| Cessat hec L. in emtore predii, | minoris emi posse contra Car- pzov. defenditur | 35. |
| qui certa debita exsolvenda suscepit, si buic a creditori- bus quid remittatur | Ad Reces. Imp. de Usur contract. | 36. |
| 18 | Resp. | 42. |
| An hac L. ad nomina certa & liquida pertineat? | Nostra sententia firmatur au- toritatibus | 46. |
| Aff. | seqq. | |

B^{EATI} possidentes: regula est inter vulgatissimas
notissima. §. 4. J. de Interd. L. fin. C. de R. V. L. Is
qui destinavit 14. ff. cod. Mev. P. 8. Dec. 246. &
seqq.

seqq. Eodem possessionis favore Imperator Anastasius in L. per diversas. 22. C. Mandati concessit possidentibus, ut impune per cessionem etiam pro minori pretio factam ad defensionem sua possessionis nomina dubia in se transferre queant. Huic Imperatoris constitutioni adstipulantur Jure Consulti Praeclarissimi Lenz. de Ces. cap. 25. n. 16. Bald. in L. 2. C. ne licet pot. n. 6. vers. item dico Dn. Brunnem. ad L. 22. C. Mand. n. 4. vers. Sic etiam valer. Berlich. Dec. 33. n. 23. Joh. a Sande de Act. ces. cap. II. n. 21. Franzk. Lib. 1. Resol. 8. n. 39. Christin. Vol. 3. Dec. 49. n. 13. Magnif. Dn. Stryk. in Cautele contract. sect. 4. cap. 2. §. 14. Idque propter clara verba Legislatoris in d. l. 22. C. Mand. ibi: exceptis his, quaeunque vel creditor vel iuris, qui ret alius quas possidet pro debito, seu rerum apud se constitutarum munimine ac tuitione acceptit. Rationem hujus exceptionis absolvit favor possessionis, qui in jure solet esse maximus ita ut ad tuitionem possessionis titulus putativus, coloratus & dubius etiam sufficiat. Mev. 8. Dec. 246. n. 5. Multaque alia ad sui, suæque rei defensionem concedantur. Accedit quoque ratio jam sæpius allata, quod scil. hic cesset animus vexandi debitorum, cum possessor actiones sibi cedi curet, non vexandi, sed se defendendi animo, quæ defensio, sicuti, nullo casu, ita & possidenti non est deneganda. E. g., Emittit aliquis bona fide rem tertio hypothecæ nexu obligatam, cum quo transigit, ut cedat sibi jus competens pro minori summa. Quaritur ergo, annon integro jure sibi cesso uti possit adversus alium, cui illa res itidem hypothecæ nexu obligata. Quod omnino affirmandum, quia cesso ad solam possessionis defensionem fuit peracta. Idque vel maxime obtinet, si curet ab actore actionem sibi cedi, qui possessorem in judicio conveniat de re possessa sibi ob jus potius extradenda, cum sic transactio quadam intercedat. Utut igitur minorem

summam pro debito ab actore sibi cesso exsolvisset, non tamen posset repellere exceptione L. Anastasianæ secundum tradita Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de action. commun. concl. §. n. 17. Menoch. lib. 3. Praef. 129. n. 18. Manz. ad L. Anastas. qu. 6. n. 24. quia natura transactionis possit, ut aliquid detur aut remittatur L. 38. C. de Transact.

Dicta facile concedi possent in bona fidei possessore, qui singulari favore dignus, imo pro vero domino habendus, usque dum verus rei dominus appareat L. 136 ff. de R. J. Secus vero videtur, si res nobis sit cum mala fidei possessore, qui odium meritur arg. §. diverso. 30. J. de R. D. quia culpa est, se rei ad se non pertinenti immiscere. Idem tamen & in hoc obtainere putamus, cum quilibet in possessione defendendus, donec super ejus in justitia pronunciatum. Mev. P. 6. D. 163. Et, si adversarius de suo meliori jure non doceat, hic maneat in possessione L. fin. C. de R. V. cum licita sit exceptio de non jure agentis, etiam si non constet de jure rei. Vivius Dec. 291. n. 2. Mev. P. 8. Dec. 248. n. 2. reoque semper competit exceptio juris tertii. Dn. Brunnem. add. 1. fin. n. 40. Imo mala fidei possessor quodammodo est b. f. possessor si rem ex jure a tertio sibi cesso possidere incipiat, adeoque etiam contra ipsum dominum excipere posse arbitramur, si a creditore hypothecario ipsi cessa sit actio. 7 Hinc cautelam non contemnendam commendat. Magnif. Dn. Stryk. in perutili Tract. de Caus. contract. Sect. 4. c. 2. §. 14. in med. ibi: Hec vero utilissima cautela &c. Ut scil alie na nomina redemtur in id allaboret, quo ex certo aliquo debito immisionem impetraret. Post impetratam enim immisionem licitum ei erit, a reliquis hypothecariis actiones eorum emere pro minori pretio, & integræ tamen summae solutionem urgere a debitore, vel tanquam integre solutam in calculo expensarum referre. Conf. Joh. a Sande de Cess. act. cap. 25. cap. 11. n. 14. Lenz. de Cess. nom. cap. 25. n. 265. Christin. Vol. 3. Dec. 49. n. 13. Mor-

Mornac. ad d. L. 22. ubi sic pronunciatum refert. Quæ sententia etiam in hac nostra Facultate d. 6. Jan. 1679. fuit approbata, prout legi potest in præjudicio exhibito a Dn. Consiliario Strykio in de. tract. Sect. 4. cap. 2. §. 19. verb. Überdem 3. Räuffer / ut. Huic tamen nostræ sententia e 8 diametro quasi adversatur Mey. P. 9. Dcc. 53. qui n. 3. tallem cessionem L. Anastasianæ esse contrariam contendit, si quis in alieni prædii possessione, quo ea diutius fruatur, vel recuperationem ejus alteri reddat difficultem, a liorum petitiones, quibus jus hoc prædium retinendi competebat, sibi cedi curet. Quam opinionem sequentibus firmat fundamentis. 1. Quod sit vera litium re demio tendens in vexationem actoris contra exprefsam prohibitionem C. L. 22. 2. Quod nemo sibi causata possessionis mutare possit. L. 13. §. 19. ff. de aquir. pos. L. 18. pr. & seq. §. 1. ff. eod. Barbos. lib. 14. cap. 44. ax. 5. Videtur vero mutata causa possidendi, si jure alterius meam colorare prætendo possessionem. 3. Nemini licere contra naturalem æquitatem alterius bonis subdolè & avare inhiare. L. Non debet. 74. ff. de R. J. Quæ tamen avaritia in præsenti casu haud obscure appareret. 4. Locupletior fieret cum alterius jactura contra æquitatis naturalis rationem L. nam hoc natura 14. ff. de Condit indeb.

Verum si rationes hæc æquali veritatis bilance trutinentur, non habebimus necessum, eapropter communem & veriorem Dd. opinionem deserere. Utut enim hæc fuudamenta in thesi sua sint certissima, in hypothesi tamen constanter erunt neganda. Priori enim ex præcedentibus jam satisfactum censemus, ubi sufficienter demonstratum, favorem defensionis excludere omnem sinistram presumptionem, ita ut credendum, redemtorem hoc non tam facere animo alterum vexandi, quam potius animo se a vexationibus actoris liberandi.

Nec 2. possessor mutat suam possessionem contra A. L. 3. §. 19. sed potius confirmat suum jus possidendi, &

F 2 posse.

possessionem, quam antea ob debitum, quo dominum habebat sibi obstrictum, acquisiverat, alio debito corroborat. Imo licet mutaret possessionem, haec tamen mutatione non esset Legibus contraria, cum d. LL intelligendae sint de mutatione sine justa causa facta. V. g. Si conductor rem hactenus tanquam alienam possidens, dicere vellet, possidebo imposterum ut propriam, audiendus sane non esset. L. 25. C. de locat. Quod si vero novus titulus superveniat, causa possessionis licite mutari potest.

12 Dn. Brunnem. ad d. L. 3. de Acq. pos. n. 24 Sic rem locatam ob factas expensas, finita etiam locatione, retinere licet, donec ea fuerint refusae. L. 29. ff. de acquir. pos. L. 15. §2. ff. de Furt. L. 5. pr. ff. de Imp. in res dor. Molin. de Jus. & Jur. Tr. 2. Disp. 498. n. 2. Carpz. p. 2. C. 25. Def. 21. Dn. Brunn. ad L. 25. C. de locat. n. ult. Mev. P. 3. Dec. 43. Eodem modo si Conductor rem a locatore emat, eam sine alia nova traditione statim ex causa dominii retinere & possidere potest. §. 43. J. de R. D. Parili modo & in praesenti casu jus hypothecarum ex cessione alterius mihi superveniens retentionem & defensionem possessionis tamdiu tribuere potest, donec illa pecunia summa, pro qua res hypothecarum nexus obligata, mihi integra fuerit restituta. Ad. 3. & 4. Mevii argum. facilis patet responso, & quidem ad prius, non esse contra naturalem aequitatem res alienas appetere justis remedii, quale est cessio juris, quod alias in ea re habebat, cuius acquisitionis juri nulli adversatur, si fiat ad sui defensionem, & non ad vexationem. Ad posterius regeritur, debitori cesso non fieri. Injuriam, neque eum reddi pauperiorem, dum plus exsolvere non teneatur, quam quod revera debuit creditori cedenti.

Cum ergo abunde probata sic cautela: Ut emens nomina aliena sollicitus prius sit de possessione consequenda. Major adhuc suboritur dubitatio, an hoc jus possessorisae hypothecarios quoq; extendendum sit, qui possessionem

nem consecuti nondum sunt. Quod quidem facile affirmari poterit in constituto possessorio, cum per hujus constitutionem transeat possessio ad constitutarium & naturalis & civilis. L. 77. ff. de Aeqv. pos. Tiraquell. tract. de Constat. Possessor. Part. n. 21. & seq. Dn. Brunnem. ad d. L. 18. n. 2. & de hac opinione communi testatur Mev. P. s. Dec. 351. n. 2. Ad cujus defensionem pro qualicunque pretio emere potest jura alii in illa re sibi constituti ne-xu obligata competentia, prouti superius probatum. In 15
 nudo vero hypothecario hoc negandum videtur, si non sit in possessione, Cessante enim causa, qua hic est possesso ejusque defensio, cessat quoque juris dispositio & beneficium, quod est, ut liceat pro minori summa aliorum jura emere. Affirmativam tamen defendant Christianus Vol. 3. Dec. 49. n. 13. Mornac. ad d. L. 22. Joh. a Sande de Cef. aff. c. 11. n. 21. Quæ sententia argum. d. l. 22. defendi posset ex rationis identitate, cum & hi Creditores non videantur varexionis gratia emere aliena debita, sed animo suam hypothecam ut jus confirmandi. arg. L. 1. C. qui por. in pign. ibi. ita jus suum confirmare potest. L. 22. C. de pign. ibi: confirmat sibi pignus. Plus enīt 16
 juris habet Creditor hypothecarius, quam extraneus, vel etiam chirographarius, quod vel inde appareat, quod hypothecarius solvens alii creditorū hypothecario hujus jus in se transferat & in hypothecam hujus creditoris, cui solvit succedat, licet nulla conventio desuper interposita sit L. 12. §. 6. ff. qui por. in pign. Franzk. ad b. t. n. 67. Carpz. P. 1. C. 28. d. 133. n. 5. Dn. Brunnem. ad L. 1. C. qui por. in pign. Struv. Exerc. 26. tb. 34. Si vero extraneus aut chirographarius solvat, in hypothecarii jus non transit, nisi expresso pacto sibi de eo prospēxerit. L. 3. ff. quæ res pign. vel hypoth. ibique Dn. Brunnem. n. 1. L. 1. C. de his qui in prior. cred. loc. succed. Faber. in Cod. l. 8. tit. 9. def. 2. Struv. de tb. 34. Carpz. d. def. 133. Sic quoque chirographarius

E 3

in

in cessione sibi ab alio facta non succederet in totum jus
sed tantum pro quantitate concurrente.

18 Isdemque Fundamentis decidi poterit quæstio, cu-
jus lucro cedat, si emtor prædiū certa debira exsolvenda
in se suscipiat, Et nimirū gewisse Schulden auf sich/ diesels-
be zu bezahlen. Postea vero transigit cum his creditorib-
us, qui partem remittunt? Resp. emtoris lucro remissam
quantitatē esse, cum hic redimens nomen id faciat sue
possessionis defendendæ gratia, non animo vexandi de-
bitores, sed ex necessitate quadam. vid. Dn. Carpz. Dec.
illustr. 6. per tot. ubi in fin. assert. prejud. Scabin. Lips. ibi:
Und wann sie an ihreu Foderungen der Capital oder Zin-
sen/ aus freyen Willen etwas fallen und erschwinden lassen/
so gehet euch solches zu gute/ und möget deswegen von euren
19 Verkäuffer nicht in Anspruch genommen werden. Eandem-
que sententiam tuerit Dn. Mev. P. 4. Dec. 114 per tot.
Ubi agit de tali casu: Emotor prædiū, de quo concursus
creditorum motus, promiserat, juxta ordinem priorita-
tis sententiae definitum, creditoribus de pecunia merce-
dis loco promissa, satisfacere, transigit deinde cum cre-
ditoribus, qui partem remiserunt quæritur an posteriorib-
us creditoribus integrum summam tanquam exsolutam
imputare possit, an vero posterioribus creditoribus pro-
fit summa a prioribus creditoribus emtori remissa, &
prius in supremo Tribunal placuisse d. 1 testatur Mev.
Quam Mevii sententiam approbat Dn. Brunnem. ad l.
22. C. Mvndat. n. 4. verb. Er, ex hac causa. Et generaliter
concludunt ad debitores non pertinere L. Anastasianam
si his quid remittantur Carpz. d Dec. 67' n. 12. Mev. d. Dec.
114. n. 2.

20 Accedimus jam ad secundam capitū nostri partem
examinando, an cessioni nominum indubitatorum obstat
exceptio L. Anastasianæ? Quod a plurimis Dd. affirmari
video. Parlador. P. 3. lib. 2. Rer. qvot. cap. fin. §. 4. n. 6. Ba-
chov. in not. ad Wesenb. tit. de hered. & alt. vend. n. 6. Fran-
cisc.

cisc. Niger Cyriac. *Controp. Forens.* 170. n. 70. Fraenzk. lib. 1.
Resol. 8. n. 29. & seqq. qui tamen ipse contrarium statuit
in Comm. ad tit. de hered. & actione vend. n. 19. Eandem
affirmativam sententiam amplectuntur Dn. Brunnem.
in tract. de Cessio n. cap. 1. n. 39. Dn. Carpzov. P. 3. C. 30. d. 36.
Dn. Lauterbach. ad §. tit. de Hered. & act. vend. n. 36. Idque 21
ex sequentibus potissimum rationibus, quarum 1. est,
quod Imperator Justinianus pariter ac Dd. communiter
generaliter loquuntur. Prius probatur verbis L 23. pr. C.
Mand. ibi: *Ne quis alienum subeat debitum, cessione in eum*,
facta, & ne amplius a debitore consequatur, his, qua prestitis
cessionis auctori. Quod repetitur in L. fin. d. r. a Cujacio
restituta ibi: *Quia vult ei, qui pecunias dederit, actiones ce-*
di, nihil tamen amplius exigiri permittit, quam quod re ipsa
dederit. Quæ clara Imperatoris decisio a Dd. communi- 22
ter est approbata, cum vulgatissimum penes eos hoc
reperire liceat axioma. *Cessio debiti non valeat, nisi pro quan-*
titate dati pretii. Gabriel. lib. 2. *Comm. Concl. tit. de Action.*
Concl. 5. Menoch. lib. 3. *Præf. 129.* Farinac. in *pract. Crim.*
qv. 106. n. 1. Carpz. P. 2. C. 30. d. 35. Brunn. *ad L.* 22. C. Mand.
n. Mev. *in discus. levam. inop. debit.* c. 7. n. 19. Jam vero ge-
neraliter dicta generaliter quoque debent intelligi. L. 23 ff.
de servit. urb. præd. Nicol. Everhard. *in Topic. legal. in loco.* &
Generalitate n. 1. Barbos. lib. 7. cap. 2. ax. 12. Et hinc ex
Dd. interpretatione L. Anastasianam ad nomina indubia-
tata quoque referri posse censet Manz. *ad L. Anastas.* qv. 5.
n. 3. 2. Quod vexatio etiam in debito liquido fieri pos-
sit, cum unus altero sit rigidior in exigendo debito, quod 23
potissimum urget Lauterbach. *ad ff. de hered. & act. vend.*
n. 36. 3. Quod hoc sequeretur absurdum, si licaret cer-
tum debitum minoris emere, multo magis licaret incer-
tum, quo utitur Dn. Brunnem. *in Tr. de Cess.* cap. 1. n. 33.
Multa enim permittuntur ob dubium litis eventum, quæ
alias non permettentur. 4. Quod usuraria pravitas sic 24
tegatur, dum pro debito 100. thalerorum tantum exsol-

48 CAP. III. DE CESS. L. ANAST. IN POSSESSIONIS

vo. 80. vel 60. thal. Carpz. in Aſſl. debit. cap. i. n. 118. & ſeqq.
Omnes vero uſurari contractus ſunt nulli, Imo insuper
emtor amiffione quartæ fortis partis eſt puniendus per
Recſ. Imp. de Ao. 1548. tit. Von wucherlichen Contracten / §.
Dieweil aber. & de anno 1577. tit. eod. §. Dieweil / vers. Ge-
hen / ordnen.

25 Hisce tamen non obſtantibus negativam ſenten-
tiam, quod ſcil. L. Anastasiana ad debita liquida non-
pertineat, juri ac rationi magis conſentaneam eſſe cen-
ſemus, quia i. certum emtionem nominum in ſe li-
citat ac validam eſſe, ut aliarum rerum corporalium
vel jurium, niſi quatenus per L. Anastasianam prohibita
Jam vero Anaſtaſ. prohibuit tantum cefſiones, quaे fiunt
litium redimendarum gratia, & ubi debita ſunt illiquidia.
Certorum vero nominum alienationem tantum abſt, ut
prohibuerit, uti potius eandem expreſſe conſirm verit.
verb. d. L. 22. C. Mandati. Cum certum ſit, pro indubitate o-
bligationibus eos magis, quibus antea ſuperebant, jura ſua
26 vindicare, quam ad alios ea transferre velle. Quibus ver-
bis clare ſatis innuit Imperator, ſe reſtringere velle. L. A-
nastasianam ad cefionem nominum illiquidorum, ad li-
quida vero debita hanc conſtitutionem non eſſe referen-
dam. Nec eſt quod objiciat Manz. ad d. L. qv. 4. n. 2.
Imperatorem de dubiis properea tantum loqui, quia
ceffio nominum indubitatorum fieri non ſolet, adeoque
de iis Legem hanc expreſſe extendere noluiſſe. arg. L. 3.
ff. de LL. Non tamen excludere voluiſſe Imperatorem
ceffionem jurium liquidorum, ſi forte caſus occurrat;
Hoc enim prorsus negandum ut ex Dd. verbis apparet.
Dum enim Imperator indubitatorum nominum expre-
ſam injicit mentionem, procul dubio quoque idem jus
de iis disposuifſet, ſi voluiſſet, ut hic idem juris obtine-
ret. Adeoque dici non poteſt, eum tacite horum cefſio-
nem ſimul comprehendiffe, cum eam expreſſe excipiat,
27 & ad eam extendendam non velit. Ceffat quoque z. in
hac

hac cessione ratio hujus legis primaria, quæ est debitorum vexatio, ut sic merito ea tanquam Lex correctoria ad hunc casum extendenda non sit. Quam enim quæso vexationem allegare posset debitor fatendo se quantitatem a se postulatam debere, cum nullam causam allegare possit, cur non æque cessionario utantea cedenti eam exsolvere velit. Aliud vero est, si non fateatur debitorum, tunc enim metuendum, ne a cessionario magis divexetur, quam a cedente, & sic aperte sua interest, quo nomine L. Anastasiana ipsi quoque succurrit. Et hanc 28 sententiam tanquam communem magni nominis JCTi tueruntur. Anton. Gabriel, lib. 2, Comm. Concl. tit. de Alt. concl. 5. n. 51. & 53. latè Anton. Faber, lib. 12, Conject. cap. 12. & in Cod. lib. 4. tit. 26, def. 9. n. 3. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 13. n. 5. Rodriguez. de Reditib. Lib. 1. qv. 9. n. 26. Marta in suis ff. Tom. 3. verb. Cessio cap. 15. Gratiam. Tom. 2. cap. 28. n. 9. Molinæus Tr. de Usur. qv. 62. n. 413. Christian. Lenz. Tr. de Ces. cap. 25. n. 4. Christin. Vol. 3. Dec. 49. n. 14. Salgado in Labyrinth. credit. Part. 1. cap. 13. §. 2. v. 48. & cap. 27. n. 78. Felician. de Censib. Tom. 2. Lib. 2. cap. 1. n. 11. Latè Alphons. de Olea Tr. de Ces. Jur. & alt. Tit. 6. qv. 10. n. 55. & seq. Giurba Dec. 117. n. 4. & Dec. 47. adject. in fin. Tr. Oleæ n. 6. Berlich. Dec. 33. n. 20. Joh. a Sande Tr. de alt. ces. cap. 11. n. 25. Et sic pronunciatum quoque ab 29 Ampliss. Facultate Viadrina d. 16. Januar. 1679. verba. Auch 4. ditselben Schulden/ so der Käuffer mit dem Kauff pre-
cio an sich gelöst/ alles gewisse und umstreitige nomina-
gewesen/ daran der Verkäuffer nichts verneinen können/ ad
certas vero & indubitatas actiones L. Anastasiana non
pertinet. Sande d. cap. 11. n. 25. Molinæus d. Usuris qv. 62.
n. 413. Lenz. cap. 25. n. 4. Totum præjudicium videre,
poteris in Magnif. Dn. Stryk. Caut. Contract. Sect. 4. cap.
2. §. 19. & §. 13. ubi optimam hanc Cautelam commen-
dat, ut quis curet debitorem in judicium citari, ex
eoque quarat, an debitum hoc pro liquido habeat, quod

50 CAP. III. DE CESSAT. L. ANAST. IN POSSESSIONIS

si affirmet cessionarius, securus eris. Eandem sententiam fovet Seren. Elect. Sax. in Dec. 28. dum requirit ut in iudicio cessionarius probet suminam nominis cedendi, quo facto firma sit, nisi ultra dimidium laesio concurrat.

30 Ut vero haec gravissima controversia evitetur promtissima cautela suppeditatur: Ut cessionarius vocari curer debitorum cessionum, quo ejus consensu fiat cession. Ob er dem Titio zahlyen wolle/ was er ihm cedenti schuldig? in quod si consenserit, de laesione conqueri non potest arg. l. 203. ff. de R. J. l. 1. §. 5. ff. de Injur. Nec L. Anast. potest opponere, quia hic ex novo contractu delegationis tenetur, non vero ex nuda cessione inter quæ quid interfit dictum cap. 1. n. 11. Et hanc L. Anastas. ad delegationem non pertinere in specie probant Mev. P. 4. Dec. 114. n. 5. Carpz. Dec. 67. n. 14. & 15. Et valere in totum cessiones in praesentia debitorum expresse vel tacite consentientium probat Hyppolyt. de Marsil. Singul. 45. n. 2. Menoch. lib. 3. Presumr. 129. n. 42. Berlich. P. 1. Det. 33. n. 25. Dn. Brunnem. ad L. 22. C. Mandat. n. 4. verb. 3. Licitas sunt cessiones & in Tr. de Cession. cap. 1. n. 46. Ex sola tamen taciturnitate consensus colligi non potest, cum regulatiter tacens pro consentiente habendus non sit, si agatur de eo obligando, sed taceat salvo suo jure L. Qui tacet non utique fatetur 141. ff. de R. J. ibique Dd. Menoch. d. 1. n. 42.

31 Nec difficile erit contrariis argumentis satisfacere & quidem ad L. 23. C. Mandat. Resp. eam tantum mentionem facere L. Anastas. & sic Imperator non novam legem tulit, sed latam tantum confirmavit, eandemque sententiam cum Anastasio fouisse Justinianum apparet ex d. l. 13. verb. Sedcum bi, qui circa lites morantur, eandem piam dispositionem in sua natura remanere minime concesserint inventores machinationem. &c. Ex quibus quis non videt Justiniani hanc constitutionem oppositam esse tantum litium redemptoribus & præcipue illis, qui verba Imper-

Imperatoris Anastasii captarunt, ac contra mentem ejus alias machinationes & fraudes introduxerunt. Tantum ergo abest, ut hæc verba nostræ opinioni aduersentur, ut potius eandem haud obscure confirmant. L. 24.
 autem C. cod. Authentica non est. vid. cap. 2. n. Nec potest nobis adversari Dd. generale assertum, cum illud intelligendum sit salvis suis limitationibus, nam multæ alia rationes ac regulæ generaliter a JCtis proferuntur, quæ tamen innumeræ sape patiuntur exceptions Ad 33
 2. Object. reponimus: vexationem dicendam non esse, si unus altero magis urgeat executionem, debitorenim qui fatetur se debere ad solutionem licite compelli potest, cum in mora sit constitutus, adeoque hæc mora ipsi commodum, afferre non debet. Sic quoque 3. dubii 34 consequentia fallit, si ratio diversitatis dari potest, cur debitum certum minoris emi posít, quam debitum incertum, quod scil. hoc casu certo metuenda sit vexatio debitoris, non illo casu cum ne actione quidem opus sit, nisi culpæ debitoris efficiatur, ut actionem movere habeat necesse cessionarius. Probe enim hic observandum, quod monet Honorat. Leotard. Tr. de Usur & Usur. Contract. qu. 39. n. 34. Aliter pretium determinari a Moralistis, aliter a Jure Consultis, Illi in debito dubio ob incertum & periculum minori comparationem & acquisitionem admittunt, e contra in debito liquido proximiiori pretio fieri posse negant, nisi quatenus damnum estimandum quod sentiunt ex numeratione praesentis pecunia facta. JCti invertunt Sententiam dicendo in debito dubio nihil exigi posse Brunnem. de Cef. cap. 1. n. 6. quam quod datum. In liquido omne exigi posse juxta 36
 L. 22. C. Mand. Ratio hujus discussus est, quod ob varias lites in republ. ortas cessiones dubii juris quodammodo restringenda fuerint, certi vero admittantur ob cessionem prohibitionis rationem & licet cedens, quodammodo ladanatur, hæc tamen laeso non attenditur, nisi sit ul-

CAP. III. DE CESSAT. L. ANAST. IN POSSESSIONIS

ultra diuidium iterum propter utilitatem reipubl. quæ
37 urget litium amputationem. Ad 4. argumentum re-
sponsio erit clarissima, Negatur enim hunc contractum
esse usurarium. Nam uti alias emtio venditio susti-
nenda, licet aliquis sit laesus, ita quoque nominis ven-
ditio eodem modo subsistit. Idque eo magis procedit
contra debitorem cessum, respectu cuius nulla laesia con-
currit. Et licet per executionem rigidorem damnum
aliquod sentire dicatur, hoc tamen damnum sua culpa
sentit, dum non solvit quod debet.

38 Minus ergo tuta est sententia Dn. Carpzov. *in pr.
Crim. part 2. qv. 92. n. 91.* ubi usurarium vocat eum, qui
nomen aliquod, cuius solutio particulatum sit, vulgo
ans Tagzezeit / pro pecunia numerata emit, & ejusmodi
emtione aliquid lucratur ultra legitimas usuras. Idem
in Jurisp. For. P. 3. C. 30 def. 36. Modest. Pistor. *P. 2. qv. 97.*
Nullus enim textus adduci potest, ubi talis emtio & ven-
ditio sit prohibita vel inter contractus usurarios relata,
adeoque res alias in se licita a Dd. inter res illicitas non
39 est referenda. Verior itaque est sententia Christian.
Lenz. *Tract. de Ces. cap. 15. n. 5. & 6.* Valere hanc emtio-
nem & venditionem, licet minimum intercesserit pre-
mium. Debitori enim cesso nullum sit præjudicium, ut
antea dictum, nec venditori damnum infertur, qui for-
te pecunia praesenti, & uno tempore numerata majus si-
bi lucrum querere posset, quam si quotannis pecuniam
in minori summa acciperet, & ite vicissim sine singulari
40 sua utilitate expenderet. Imo licet vendor pecunia
accepta nihil lucretur, sibi tamen imputare debet, quod
vendiderit nomen pretii majoris, non secus ac si præ-
diuum aliquod rusticum haberet, 2000. thalerorum, ex
quo singulis annis 100. thaleros loco pensionis a condu-
ctore exsolutos caperet, alteri vero pro 1000. thaleris ven-
deret, haec venditio procul dubio sine vitio usurariæ
pravitatis subsisteret, cum tamen emtor singulis annis
pro 1000. thaleris emtionis pretio 100. thaleros lucretur.
Sed

Sed forte regeri posset, dari posse rationem diversitatis 41
inter predium & nomen venditum, cum predium pericu-
lum sit domini, quod si combureretur forte minus quam
50. thaleros loco pensionis caperet, ob periculum ergo
& dubium eventum tale quid tolerari. Sed idem repo-
no & in cessione periculum esse cessionarii, nisi in specie
alter conventionem; cum & hic debitor cessus bonis labi
& non solvendo fieri possit. Valebit ergo venditio no-
minis pariter atque valet venditio pradii, licet emitor
inde capiat lucrum. Exiguum quoque robur capit Car- 42
pov. tentia ex alleg. Recessu Imper. de Ao. 1548. tit. vott
Wucherlichen Contractu. s. Und nachdem die Widerkauff
Gulden. u. Agit enim ille textus de emtione reddituum
constituendorum, nos vero agimus de emtione reddituum
constitutorum, inter quos magna est differentia. Petit
scil. aliquis a me 1900. thaleros mutuo, ego regero me
nullam pecuniam scenori exponere, sed emere censum
annuum vel redditum. Quod si ergo 100. thaleros annua-
tim loco redditus praestare velit, me paratum esse ad so-
lutionem 1000. thalerorum. Quis hic non videt subesse 43
usurariam pravitatem, hic enim debitor revera decipi-
tur dum usurarum nomine tantum 50. exsolvere tene-
batur, jam vero obstrictus est, sub alio titulo redditum
vel census 100. solvere. Et sic re vera a mutuo contra-
ctus hic non differt, licet alia verba sint apposita. Chri-
stoph ab Hagen Tr. de Usur. cap. 4. n. 122. quippe qui in-
ventus, ut generalis usurarum prohibitio, iure Canon.
comprehensa, declinaretur. Franzk. lib. 4. Resol. 1. n. 55.
Merito ergo illicitum dicendum scenus quod ultra legi-
timas usuras exigitur. Casp. Roderic. Tr. de ann. & mensfr.
redit. lib. 1. Qv. 4. n. 1. add. Magnif. Dn. Stryk. in Castel.
Contract. Sect. 2. cap. 8. §. 14. Alia vero ratio est census 44
jam tum constituti. E. g. Emit quis pro 1000. thaleris
annuos redditus 50. thal. qui contractus proculdubio sub-
sistit & debitorem firmissime obligat; cum vero Credi-
tori

54 CAPUT III. DE CESS. L. ANAST. IN POSSESS.

tori seu emtori horum reddituum commodum non vide-
retur eos retinere, pecuniam vero a debitore recipere
non posset juxta tradita Dn. Brunnem. *Cent. Dec. 56. Res-
ess. imp. de Ann. 1548. tit. Boni Wucherlichen Contracten
§. Und nachdem. verb. Und die Lostkündigung.* Carpzov.
p. 3. C. 24. def. 16. licet adjectum sit pactum, ut liceat em-
tori repetere pretium; Hoc enim videtur usurarium, ut
ex *d Reces.* probat Carpzov. *d. l. def. 17.* nisi emtor moram
committeret in solutione census, hoc enim pactum sub-
fisteret. Franzk. *lib. 1. Resol. 1. n. 10.* Faber. *lib. 4. tit. 30. def.
22. n. 5.* Carpz. *d. l. def. 15.* & hanc cautelam commendat
45 Dn. Stryk *Seit. 2. c. 8. §. 17. in fin.* Quod si ergo integra
sorte opus haberet, posset hosce redditus tertio vendere,
pro minori quoque pretio absque crimine usurariae pra-
vitatis. Hic enim contractus mera est venditio, & ni-
hil commune habet cum mutuo, nec tendit in debitoris
præjudicium, utpote qui non plus exsolvere tenetur,
quam antea ex jure firmissimo tenebatur cedenti, nec e-
tiam firmius obligatur.

46 Et hanc nostram sententiam de censi & annuis re-
ditibus in terminis prolixe defendit Alphonf. de Olea.
Tratt. de Ces. Jur. & act. Tit. 6. qv. 10. n. 60. & segg. De pecu-
nia distinctis temporum intervallis solvenda, & pecu-
nia hereditaria Tagezeiten und Erbgeldern / idem asserit
Lenz. *de Ces nomin. cap. 25. pr. n. 5. & 6.* Sic etiam Franzk
Lib. 1. Resol. 8. n. 54. & seq. adversus Carpzov. disputat.
probando lucrum excedere posse legitimas usuras, quod
approbat Dn. Lauterbach. *ad ff. tit. de Hered. & act. vendit.
§. 32. ubi in fin* Carpz. allegat tanquam dissentientem.
add. *Dd. n. b. cap. alleg.* Qui generaliter concedunt
nominis certi pro qualicunque pretio cessionem valere
integralam.

CAPUT



CAPUT IV.
DE
CESSATIONE L. ANASTA-
SIANÆ IN CESSIONE DO-
NATA.

S V M M A R I A.

| | | |
|--|----------------------------------|--------|
| L Ex Anast. non obtinet in cef- | etiam invito debitore | g. |
| satione gratuito facta | Et sic etiam donari | g. 10. |
| n. 1. | Ob bene merita residuum licet | ii. |
| Ratio | donare | 12. |
| Ampliatur in donatione remu- | Quæ probanda | 14. |
| neratoria | Cessio gratuita 500. solidos ex- | |
| Nisi degeneres in contractum | cedens insinuanda | 15. |
| innominatum | Cui renunciari non poterit | 19. |
| Vel simulata donatio, clama- | An jurato? | 20. |
| men aliquid receptum | Limitatur in remuneratoria 23. | |
| Licet testis persone residuum | Ditta refringuntur ad ceden- | |
| donatum | tem g. debitorem | 24. |
| Par. nominis vendi poterit | | |

Diximus in Cap. I. n. 36. non licere cessionario plus exigere pro nomine dubio sibi cesso, quam quod revera exsolutum. Quid si ergo nihil datum, an eo casu nihil quoque peti poterit. Videlicet debatur quod sic, ne scil. & in praesenti casu vexentur debitores, cum extra omne dubium ponatur, unum altero longe esse rigidiorum magisque rixosum. Verum ne donationes jam tum satis rare penitus tollerentur e repugnat.

republica, ad hunc casum constitutionem suam extende-re noluit Princeps Laudatissimus Anastasius, sed in L. per d'versas 22. C. Mandati p'r cætēs exceptit verb. si au-temper donationem cesso facta est : Sciant omnes , bujusmo-di legi locum non esse , servand . Quod Justi manus postea conform. v. in L. subseq. 23. C. Mand. verb: Sed si v'l e-rit debitum rotum pare donec &c. bujusmodi personibus non adversamur. Ratio hujus exceptionis est in aprico, ne scil. commodum, quod habere debebat dona arius, de-bitor accipiat, ille vero nulla fruatur utilitate. Manz. in Integr. L. Anastas. n. 23. Accedit, quod cesso in hoc casu ex mera liberalitate profiscatur, ideoque omnem excludat vexandi animum. Nec obstat, quod & hic debitor lèdi possit, hoc enim tantum fit per accidentis, quod non attenditur, sed id potius, quod principaliter fluat ex animo beneficiendi. Huic sententiae subscribunt Anton. Gabriel. Comm. Conclus. lib. 2. tit. de Action. Concl. 3. n. 40. Nicol. Vigel. M. J. C. lib 15. cap. 4. reg. 6 ex-cept. 2. replie. 4. duplie. 6. Cardinal. Tusch. lib. C. Concl. 209. n. 37. Berlich. P. I. Dec. 33. n. 5. Joh. a Sande de Act. Cess. cap. 11. n. 29. Christian. Lenz. de Cession. nom. cap. 25. n. 29. Carpzov. P. 5. Refl. 34. n. 7. Dn. Stryk. in Cautel. Contract. Sct. 4. cap. 2. §. 10.

3. Nec quicquam interest, an donatio simplex fuerit, an remuneratoria, cum hæc longesit favorabilior, quam simplex donatio, adeoque, quæcunque nulla causa p'ræcedente donari ac cedi possunt, illa multo magis ob be-nemerita p'ræcedentia per donationem in alterum trans-ferri possunt. arg. L. 12. §. 2. ff. de Admin. & peric. tut. add. Disp. de benemeritis sub p'ræsid. Dn. Strykii habra per integrum 4. cap. 4. & in terminis Franzk. lib. 1. Resol. 8. n. 21. Modo benemerita non fuerint eosine facta & collata, quo alter actionem suam dubiam mihi cedat, sic enim non foret donatio, sed potius Contractus innominatus, Facio ut des , in quibus itidem locum sibi vindicat L. Anastas. juxta

juxta veriorem sententiam Dd. vid. Dn. Brunnem. *Tract. de Cess. action. cap. 1. n. 23. &c alig. cap. 2. n. 9.* Licit expresse addatur, reliquum simpliciter fuisse donatum. Nam in cessione actionum pro parte residua donatio fieri non potest. per L. ab Anastas. 23. C. Mand. Carpzov. Dec. 67. n. 3. Cujac. lib. 16. circa fin. Gratian. *Dilect. Forens. cap. 816. n. 33.* Dn. Brunnem. d. cap. 1. n. 20. Cessio enim quantum ad partem donatam corruit, ita ut lucrum hoc cedat debitori. d. L. 23. §. 1. Franzk. lib. 1. Resol. 8. n. 33. Si-
chard. ad b. l. n. 6. in fin. Lenz. *Tract. de Cess. nom. cap. 25. pr. n. 10. &c II.*

Idemque juris, si quidem simulatur donatio pura, §
clam tamen aliquid recipiatur. Hoc enim casu nihil re-
cipit, quam quod clam datum d. L 23. §. 2. Franzk. lib. 1.
Ref. 8. n. 34. in fin. Berlich. Dec. 32. n. 6. Dn. Brunn. *de Cess. cap. 1. n. 22.* Lenz. d. cap. 25. pr. n. 12. Menoch. lib. 3. *Præf. 129. n. 27.* Carpzov. lib. 5. *Resp. 33. n. 6.* Et cum difficile sit probatu, annon clam aliquid receptum, consultum erit juramentum eapropter deferre cessionario. Mangnif. D. Stryk. in *Caut. Contr. Sect. 4. cap. 2. §. 10. in fin.* Quo casu
tamen juramentum calumniae prius erit praestandum, si nulla alia suspicio militet contra cessionarium.

Ob rationis identitatem eadem decisio obtinebit,
si verum pretium dicis causa numeratum, postea vero
pars restituta & donata. Menoch. d. l. n. 28. Berlich. Dec.
32. n. 14. Dn. Brunnem. d. l. n. 24. Sed quid si diversis
personis, uni nomen hoc pro certo pretio vendatur, re-
siduum vero alii persona donetur, an locuserit L. Ana-
stasianæ? Affirmant id ipsum expressa verba Imperat. Ju-
stiniani in d. L 23. §. 1. ibi: vel forsan alii per suppositam
personam Menoch. lib. 3. *Præf. 129. n. 27.* Franzk. d. Ref. 8.
n. 34. Berlich. P. 1. Dec. 37. n. 5. Carpzov. lib. 5. *Resp. 33. n. 6.*
Brunnem. rr. de Cess. *Act. c. 1. n. 21.* Ratio est, quod sic et
iam in fraudem legis & vexationem debitoris facta vide-
atur donatio. Tanti enim aestimasse videtur jus suum
dubium

dubium, quod habebat aduersus debitorem cessum, quantum revera sibi exsolendum curavit, æquitas ergo svadet, debitores non teneri in plus, quam quod ipse principalis Creditor tacite confiteretur sibi deberi.

9 Quod si tamen appareat, hanc cessionem non fuisse factam animo vexandi debitorem, valere posset. v. g. Si uni dimidiā partem sui juris vendat, Et v. r. kauft ihm die Helfste seiner Ansöderung / quod facere poterit, (cum sit liber rerum suarum moderator & arbiter L. 21. C. Mand. & qui totum debitum cedere potest, partem quoque cedere possit. Cencius de Censibus qv. 92. n. 12. quia partis eadem est ratio, quæ est totius L. Quæ. de tota. 76. ff. de R. V.) etiam invito debitore. Nec obstat L. Et ancillarum. 27. §. ult. ff. de Pecud. ibi: Est enim iniquum, in plures adversarios distringi eum, qui cum uno contraxit; Et sicuti debitor invito Creditori solutionem dividere, non potest. L. Obsignatione. 9. C. de Solut. L. Tutor. 41. S. Lucius. ff. de Usur. l. 3. ff. famil. exerciso. Ita nec debitor pro parte debiti potest conveniri. vid. Anton. Gomez. Tom. 2. Var. cap. 10. n. 5. vers. pulchrum dubium est. Gratian. Discept. For. ren. 16. n. 30.

10 Ad prius enim respondeo, procedere tantum in creditore, qui non potest in petitione debiti in plures adversarios distringi, non in debitore, utpote cuius nihil interest imo potius prodest particularis solutio, adeoque facile apparat ratio diversitatis. Quoad posterius, licet concedatur, partem debiti invito debitore exigiri non posse. Hoc tantum procederet, si actor integrum summam petere posset. videatur, Alphons. de Oleatit. 3.

11 qvast. 12. per tot. Quod si igitur pars dimidia alicui vendita, & alii altera pars dimidia donata, hic donatarius integrum summam sue partis dimidia petere potest. Nam Imper. Justinianus prohibuit tantum partis donationem, si fiat ad vexandum debitorem, quod præsumitur, si uni totum debitum fuerit pro certa pecunia cessum, & residuum

duum pretii deinde tertio donatum. Hoc enim causa
cum pro tota summa certum pretium accipiat, statim li-
beratur debitor a priori obligatione & præsens tantum
valer, quantum ad summam concurrentem. Nulla er-
go obligatio juris autoritate jam extincta alteri donari
potest, sive sit cessionarius sive extranea persona. Et ita
intelligo Menoch. qui lib. 3. Praef. 129. n. 28. valere, in-
quit, cessionem, quando uni vendita est pars actionis.
& deinde alii donata est altara pars L. 23, vero restringit
ad personam a cessionario interpositam.

Vidimus non licere nomen pro parte vendere, pro 12
parte donare; Hanc assertionem Dd. communiter limi-
tant, nisi propter benemerita alicui residuum donetur.
Trentacinq. L. 2. Var. resol. tit. de Action. resol. 2. n. 23. Fa-
ber. in Cod. tit. de Hered. & act. vendit. n. 6. Franzk. lib. 1. Re-
sol. 8. n. 35. Honor. Leot. de Usur. & usurar. Contr. Qv. 39. n.
23. Habent enim benemerita hoc præcipuum, quod ob
illa multa permittantur, quæ alias non valerent. Quo
homines tanto magis ad hanc divinam virtutem inspi-
gentur. Hic tamen probe observandum, non quam-
eunque gratificationem sub nomine benemeritorum ve-
nire, sed talia sint benemerita necessarium est, ut aliquam
actionem eo nomine habeat benemerita conferens. Joh.
Harprecht ad titul. Proœm. Inst. n. 90 Hahn. ad Wel. tit. de
Donat. n. 4. verb. nisi ob benemerita. Mascard. de Probar.
Concl. 186. n. 4. Alias enim & hic facile fraudes interve-
nire possent, si cessionarius in minimo inserviret ceden-
ti, sed judicis arbitrio relinquendum, qui ex persona-
rum qualitate aliquis circumstantiis aestimabit, an be-
nemerita sint tanti effectus, ut donatio propterea facta
dici possit remuneratoria, Richter. P. 4. Conf. 42. n. 299.
Quamvis in tali donatione non requiratur æqualitas arith-
matica, sed longe excedere possit quantitas donata veram
collati beneficij aestimationem, quippe quæ ex voluntate e-

jus, in quem collata sunt, dependere videtur.add. Tiraquell. ad L. Si unquam verb. Donatione largitus, C. de Revoc. donat. n. 81.

14 Verum cum hoc remedium omnes cessionarii amplexi possent, dicendo, se contulisse benemerita in cedentem, Videndum, cui incumbat probatio, & quomodo hæc facienda. Prius quod attinet, luce meridiana clarius, cessionario, tanquam actori, affirmanti, & in hac conclusione suam assertionem fundanti incumbere probationem. I. 2. ff. de Probat. Menoch. Conf. 151. n. 15. Andr. Rauchbar. Par. 2. qv. II. n. 16. Carpz P. 2. C. 13. def. 2. n. 8. Distinguendum tamen, an cessio ob benemerita facta sit per puram & simplicem donationem, an vero pro parte pretium intervenerit. Priori casu debitori injungendam probationem censemus, clam aliquid pretii nomine datum esse pro cessa actione. Bartol. ad L. 22. C. Mandat. n. 13. Lenz. de Ces. cap. 25. pr. n. fin. Menoch. Pres. 129. n. 35. lib. 3. ibique allegat. Franzk. lib. 1. Resol. 8. n. 20. Actor nime habet fundatam actionem, dum cedens dicit pretium nullum intervenisse, cuius assertio propterea in hoc casu standum, quia cessio gratis concessa non videtur facta in fraudem debitoris cessi.

15 Non nocet; si benemerita fuerint expressa. Hoc enim superflue factum, adeoque nocere non debet, imo licet benemerita non prober, valeret tamen tanquam donatio simplex. Franzk. de Resol. 8. n. 21. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 15. n. 26. & 27. In posteriori casu vero cum cessio pro parte donari, pro parte vendi regulariter non possit, beneficia in cedentem collata probare debet cessionarius. Quo casu non sufficit assertio & confessio cedentis sive viva voce, sive in instrumento facta. Matth. de Afflict. Dec. 350. n. 15 & quos allegat & sequitur Trentacinq. iib. 2. tit. de Abt. Resol. 2. n. 23. Honorat. Leotard. de Usur. & Usurari. Contrari. qv. 39. n. 23. Quoties

Quoties enim actus aliqua laborat suspicione, toties non credendum personis in materia & re suspecta versantibus, præcipue in præjudicium tertii, vid. quæ diximus cap. 1. n. 39. Opus ergo erit testibus extraneis, qui jurato deponant, hoc vel illud benemeritum in cedentem a cessionario fuisse collatum add. *Difbut. de Benemeritis ejusque cap. 2. per tot.*

Denique probe notandum cessionem ex mera liberalitate alteri factam requirere ad sui subsistentiam insinuationem judicialem, si summa 500. solidos vel (ut hodie ex communi opinione æstimatio fit) 1000. thaleros excedat. *Carpz. p. 2. C. 12. Def. 12. Gail. lib. 2. Obs. 39. n. 1.* Magnif. Dn. Stryk. in *Cautel. scđt. 3. cap. 9. §. 5.* Joh. a Sand *Dec. Frisc. lib. 5. tit. 1. def. 3. in fin.* Nulla enim differentia constituitur, an pecunia numerata, an vero jus ad pecuniam numerandam competens in hoc passu alicui donetur, *arg. L 34. §. 1. C. de donat. Christian. Lenz. Tr. de Cessione nom. cap. 26. membr. 1. n. n. 3.* Mangnif. Dn. D. Stryk. *de Cautel. Contrah. scđt. 4. cap. 2. §. 10.* Et licet a Canonistis pia causa eximatur, ita ut huic donatum insinuatione non indigeat. *Tiraquell. de Privil. pia cause 124. & alleg. Dn. Brunnem. ad L 34. C. de Donat. n. 15.* Perez add. t. 1. 34. Juri tamen civili hæc sententia conformis non est per L. 35. §. ult. C. de Donat. L. 19. C. de SS. Ecl. Quod in hoc casu nosstrates sequuntur. Joh. Harprecht. ad §. 2. 7. de donat. n. 1. 8. *Carpzov. P. 2. C. 12. Def. 13. Struv. Ex 40. tb. 11. Hahn. ad Wesemb. tit. de Donat. n. 6. verb.* Nam in aliis quoque. Licet Dn. Brunn. pia causa favore videatur ad L. 34. C. de Donat. n. 17. & L. 17. & 19. C. de SS. Ecl. n. 10. & 11.

Hæc insinuationis solennitas usque adeo est necessaria (quamvis coram quoconque judice fieri posse censemus, exceptis in Saxonia immobilibus. Struv. Ex 40. tb. 11. *Carpzov. lib. 8. Rep. 57.*) ut ei a partibus renunciari non possit. Zœf. add. ff. tit. de Donat. n. 49. Christoph. Philipp. Richter, *Dec. 22. n. 61 §.* Alii vero, &c. Hahn. ad

H 3

Wes-

Wef. tit. de Donat. n. 26. ad verb. Est autem hec &c. Struv. Exerc. 40. tb. 11. Carpz. P. 2. C. 12. Def. 14. n. 12. Quod tamen sub juramento fieri posse volunt. Gail. lib. 2. Obß. 39. n. 12. Dn. Brunnen. ad l. 23. ff. de donat. n. 23. Gutierrez. de juram. confirm. Part. I. cap. 7. n. 2. Dn. Struv. Exerc. 17. tb. 23. §. Alias communis &c. Jul. Clar. Recept. Sent. lib. 4. §. Donatio qv. 18. Finckelth. Obßerv. 116. n. 20. & longa serie allegat. n. 21. Joh. Harprecht. ad §. 2. f. de Donat. n. 150. ibique relati. Quam sententiam procedere quantum ad donantem concedimus. Hic enim juramentum de re licita præstitum servare tenetur. C. cum contingat. 28. X. de jurejur. C. quamvis. 2. de Paet. in 610. Quantum vero ad ipsam donationem vel donatoris heredes constanter negamus.

Insinuatio enim est solennitas quædam a jure re quisita ad actus subsistentiam, quam privati ne quidem juramentis suis immutare possunt. L. C. de LL. non fecus ac si quis sub juramento prohiberet, ne testamentum coram 4. testibus conditum ab heredibus impugnaretur. Personalissima enim est obligatio, quæ ex juramento præstatione oritur, quæ tertium non obstringit, quo minus salva conscientia huic contravenire possit. Quod præcipue verum, si præstatur super actu alias contra LL. civiles nulliter gesto. Zanger. de Except. P. 3. cap. 11. n. 202. Dn. Brunnen. ad l. 9. C. de LL. n. 10. Et hanc nostram sententiam post Anton. Fabr. lib. 8. tit. 38. def. 5. Dan. Moller. ad Conflit. Elec. 14. n. 8. p. 2. defendit Carpz. P. 2. C. 12. d. 14. n. 6. & segg. & P. 2. Dec. 119. in fin. Eckolt. adff. tit. de Donat. §. 11. in fin. Richter. Dec. 22. n. 62. Quam etiam 22 amplexus est Seren. Elec. Saxon. in Dec. Nov. 20. ubi constituit donationem quantum ad excessum 50. solidorum non convalidari, licet juramentum adjecerit Donator, eam non debere impugnari. Quæ verba licet generaliter prolatæ videantur, quasi ipse donator eam quoque revocare posset, merito tamen ad heredes tantum restrin genda

genda, utpote de quo casu antea dubitatum fuit. Joh.
Philipp. ad d. Dec. Obs. unic. n. 11.

Remuneratoriae tamen donationi hoc privilegii loco concedunt, quod sine praecedente insinuatioue subsistat, nec revocari possit, etiam quantum ad summam, 500. solidos excedentem. L. Aquilius. 27. ff. de Bonar. ibique Dn. Brunnem. n. 3 Gail. lib. 2. Obs. 30. 34. Pruckman. Vol. 2. Conf. 1. n. 348. Carpz. P. 2. C. 12. & 15. Finckelthaus. Obs. 103. [n. 5.]

Verum licet haec & multa alia de insinuatione hic disputationi possent, si tamen ea ad hypothesin & praesentem nostram materiam transferamus, restringenda nobis videtur supra relata sententia, cessionem non valere ultra 500. solidos, scil. quoad ipsum cedentum, ita ut respectu hujus cessio donata non valeat. Minime vero quantum ad debitorem cessum, respectu cuius haec exceptio est juris tertii, nam in solius donantis gratiam haec solennitas est introducta, qui si favore suo uti nolit, donatio est valida. arg. L. 45. ff. de R. J. L. 34. C. de Transact. Gail. lib. 2. Obs. 39. n. 19. Ut ne quidem in conscientia sit obstrictus cessionarius quantitatem excessivam sua sponte restituere, nisi donans vel ejus heres petat. Dn. Brunn. ac L. 34. C. de Donat n. 17. in fin. Quamdiu itaque hoc omittitur valet cessio, non secus atque supra a nobis dictum, si pro nomine certo pretium infra diuidium datum sit, valere quantum ad debitorem, non vero quantum ad cedentem, qui ex L. 2. C. de Rescind. vend. agere posset. Aliud tamen obtinet in Saxonia, ubi regulariter requiritur judicialis insinuatio, vid. Edict. d. Cession. sub dato d. 1. Febr. 1614. §. Anreithend/12. & Dec Noviss 28. Tanto magis ergo est insinuanda cessio ex titulo donati facta, & 500. solidos excedens, etiam hoc effectu ut inde agere possit contra debitorem cessum.

CAP. V.



CAPUT V.
DE
CESSATIONE L. ANASTA-
SIANÆ IN CESSIONE EX NECES-
SITATE FACTA.

SUMMARI A.

| | | |
|---|--|-----|
| N ecessitas excludit presum- tionem fraudis | IV. Si fiat fidejussori | 13. |
| Quod etiam verum in cesso- ne | V. Si fiat ob paupertatem ce- dentes | 15. |
| Quomodo hic sumatur necessi- tas | A quo dissentit Dn. Brunnem. | 17. |
| Cessio valet I. si detur in solu- tum | Sent. communis toleranda | 19. |
| Autoritatibus confirmatur | VI. Si ob distantiam loc. ces- sio cedenti sit inutilis | 21. |
| modo debitum legitime pro- betur | Contradicit Dn. Brunnem. | 21. |
| II. Si nomen vendatur sub ha- sta | VII. Si cessionarius a cedente sit inductus | 23. |
| III. Ubi sit per consequentiam | Quod certo modo rejicitur. | 24. |
| | VIII. In nomine dubio | 25. |
| | Quod negatur. | 26. |

Necessitas est durum telum, qua Legem non ha-
bet, sed ex illico facit licitum. C. 4. X. d. R. J.
ibique Dn. Brunnem. L. 1. C. ut nemin. liceat
in emt. L. 2. in medio. C. de SS. Eccl. L. 4. ff. ad L. Rhodiām de
jactu. L. 1. & 2. C. de Patr. qui fil. distax. L. 3. §. 7. ff. de Incen-
d. ruin. naufrag. Tabor. in Barbos. locuples. lib. 12. c. 5. ax.
16. & 17. Petr. Peck. ad C. in argumentum 78. de R. J. in 6to.
Adeoque ex necessitate quæ fiunt, non dicuntur fieri in
fraudem

Fraudem. Flamin. Paris. de Refugiat. benef. tom. 1, lib. 2. qu. 8. n. 4t. laudatus à Tabore d. l. ax. 18. idem ergo dicendum de 2 Cessione; quæ si ex necessitate facta sit, facta non videatur in vexationem & fraudem debitoris cessi, adeoque ad eam L. Anaf. non pertinet. Gratian. tom. 2. Discept. cap. 286. n. 14. Costa. de Re med. subsid. rem. 36. n. 28. Confutissimus Dn. Stryki in Gau. contract. Sect. 4. cap. 2. §. 14. Alphons. de Olea Tr. de Cess. juri. & act. tit. 6. qu. 10. n. 66.

Sumimus tamen vocabulum necessitatis non pro necessitate
absoluta, & consequentia, sed pro necessitate hypothetica &
consequente, ubi cessio non fieret, nisi hoc vel illud me juste
moveret, & quasi adigeret ad cessationem faciendam & suscipienda.

Huc ergo I. referimus, si debitor suo Creditori nomen aliquod det in solutum. Cum enim homines pecuniâ destituantur, nec commode alias suis Creditoriibus satisfacere possint, haud raro nomen sibi ab aliis debiū ex necessitate quadam cedere co-
guntur. Mev. in Levam. debit. cap. 7. n. 16. ubi norat, com-
mercia cum eum chartis hodie ampliora esse, quam cum num-
mis. Verum cum nemo adeo sit stolidus, qui malit chartam
quam pecuniam accipere, hinc regulariter pro minori summa
debita maius nomen adversus terjum sibi cedi cu-
rant.

Ex quo oritur queratio, ejus lucro cedat superfluum. §
Quod dubium resolvit Imper. Anastasius, dum expresse constituit,
in hisce cessationibus iura antiqua esse observanda. L. 22 C. Mand.
ibi: pro debito. Et sic pertinet ad cessationarium. Idque non sine
ratione.

Nam 1. necessitas hic excludit omnem fraudis su-
spicionem, 2. Creditori lucrum aliquod non invidendum,
cum pro præsenti pecuniâ sibi debita & exsolvenda,
spem tantum pecunie accipienda accipiat. Minus c-
enim est habere actionem, quam rem ipsam, l. 204. ff. de
R. J. Et hanc limitationem L. Anastas. approbant Ga-
briel.

bruci, lib. 2. rr. de Act. concl. 5. n. 7. Nicol. Vigel, in Meth. J. Civil. L. 15. c. 4. reg. 6 Except. 2. replic. 4. dupl. 3. Cujac. lib. 10. Obs. cap. 10. Menoch. lib. 3. Pref. 129. n. u. Berlich. P. I. Dec. 33. n. 6. Christian Lenz, de Cess. nom. cap. 25. pr. n. 15. Carpzov. lib. 5. Rep. 35. n. 8. Dn. Brunnem. ad L. 22. n. 4. & tract. de Cessione, act. cap. 1. n. 23. Dn. Stryk. in Cantel. Contr. Sect. 4. cap. 2. §. 14. Honorat. Leotard. de Usur. & Usur. Contr. quest. 39. n. 36. Dn. Mevius in Discus. le-
dam. cap. 7. n. 25.

8. Modo legitimè probetur cedentem cessionarii debitorem revera suffit; Quid aliunde constare debet, quam ex confessione contrahendam. Ludovic. in Decis. Rot. 47. n. 6. Faber, in Cod. lib. 4. tit. 26. def. 20. n. 2. & 3. Leotard. d. qv. 39. n. 29. Carpz. d. l. n. ult. Idem confirmat Edictum Elest. Sax. sub dato den. 1. Febr. 1614. §. Und über daß z. ibi: Sondern auch der Cessionarius daß dem gewiß also sey, und er in rei veritate eine solche Schuld und Summa bey dem Cedenten zu fordern habe / coram judice richtig darthun und beschreinigen. In Nov. tamen Dec. 28. §. fin. à necessita-
te institutionis judicialis expresse excipitur cesso, que sī in solu-
tum; Adeoque sufficit, si cessionarius debiti veritatem prober, post
quam constituit secum debitorem convenire.

9. Huc pertinet II. nomen sub hasta empium, quod publi-
ee omnibus expositum fuit venale. Quod si aliquis emat preio mi-
nor, in totum nihilominus valer, nec obstat i. L. Anastasi. publi-
cē enim que sunt, omnia simulacionem & sinistram suspicio-
nem, quā ad vexandum debitorem facta effici emtio excludant,
quā potius ex necessitate facta videatur, ut creditoribus satis-
fieri possit, adeoque subsistit. Berlich. P. I. Dec. 33. n. 27. ibi que
allegau Lenz. d. cap. 25. Membr. 3. n. 2. Brunnem. de Cess. act.
cap. 1. n. 48.

Notabile quoque III. est, cessare hanc exceptionem
ad L. Anastasi. in cessionibus, quae sunt ex juris quadam ne-
cessitate.

cessitate, ob contractum precedentem, & te per modum accessoriū habent. V. g. Enī predium aliquod cum omnibus iuribus ac pertinentiis, ubi mili cedenda sunt omnes actiones respectu prædii competentes; Si ergo adversus aliquem agam ad jus venandi persequendum, quod ad hoc predium pertinere assertur, vel etiam ad certum censum, annum canonem, &c. hui prædio exsolvendum, debitores & rei excipere non possunt, hoc jus esse dubium & pro minori pretio comparatum, cum fundus sine hisce pertinentiis consideratus tantæ sit estimationis, quantum revera pretii nomine exsolutum. Audiendi, inquam, non sunt, cum L. Ana. II stat, lata sit, ad inhibendas cessiones iurium principaliter celebratas, non verò quæ accessoriæ tantum ceduntur. Nam principaliter emiō & venditio est celebrata quæ prohibita non est, licet aliquis lucrum aliquod vel damnum patiatur. L. 2 C. de Rescind. vend. Attenditur ergo tantum venditio tanquam principaliter gesta, non verò cessio, quæ per consequentiam fuit celebranda.

Anton. Gabriel, tit. de Act. Concl. 5. n. 29. Menoch. lib. 3. Presumt. 129. n. 43. Berlich. P. 1. Dec. 33. n. 24. Christian Lenz. de Cessione, nom. cap. 25. Membri. 3. n. 5. & seqq. Manz. in Interpret. L. Anast. qu. 6. n. 28.

Ex istud principiis. IV. defendendum putamus. 16
posse fidejussorem, qui necessum habebat. Creditori satisfacere, integrum summam repetere à debitor, licet creditor principalis per transactionem quid de jure suo remiserit, modo cessa sibi actione utatur. Nam si actione mandati contraria agat, consequitur euidem non tantum principale debitum, sed omne etiam damnum & expensas. cap. 2. X. de Fidejuss. I. 27. §. 4. & Mandati. Herring. de Fidejuss. cap. 26. n. 60. seqq. Ultra tamen, quamdamnum patitur, repetere non potest. Est enī hæc actio mandati coptraria. Omnis verò actio contraria tantum tendit ad danni restitucionem. Cessa tamen 14 actione

actione si utatur, omne ius persequi potest, quod habebat Creditor principalis, utpote in cuius locum succedit, licet integrum premium solutum non sit. Nam L. Anastas, hinc cessionis adver-
sarii non potest, quia facta est, ex quadam necessitate & vi contra-
ctus praecedentis. L. 28. ff. Mandani. L. 2. C. de Fidejuss. add.
Paul. de Castro. ad L. 22. C. Mand, ubi in terminis nobiswo
consentit. Idemque juris arbitramur, si adversus confidejussores
actione cessa utatur, modo hic proportionabiliter hujus Fi-
dejussoris portio, respectu totius debiti exsolvenda, sit de-
tracta.

33 Sic V. valere in totum cessionem contendunt, si fiat
ob inopiam debitoris, qui expensas processus suppeditare vel ob
potentiam adversarii ius suum persequi non potest, vel etiam ob
molestias litis actionem in iudicio instituere haec tenus recusavit,
Trentacing. lib. 2. tit. de Act. Resol. 2. n. 13. Berlich. Dec. 33.
n. 29. & 30. Carpzov. lib. 2. Rep. 34. n. 4. Dn. Stryk. Caut.

34 Contract. Sect. 4. cap. 2. §. 13. in fine. Verecunda enim cogita-
tio eius est, qui litos excoraurit. Nec improbanda, sed tamquam
ejus qui lites in alium transfert, ut moleustum adversarium pro se
objiciat, ut loqui amar Ulpianus in L. 4. §. 1. ff. de alienat. ju-
dic. mut. caus. Paul. de Castro ad L. 22. C. Mand. n. 4. Et
summa necessitas, qua urget cedentem, omnem sinistram
presumtionem excludit. Si enim hanc cessionem non fa-
ceret penitus pro obligatione sibi competente nihil accipe-
ret.

35 Hanc tamen, uti videatur, receptam limitationem
rationibus satis prægnantibus impugnat B. Brunnen, in
Tract. de Cession. cap. I. n. 30. & seqq. Quod I. L. An-
astas, non tam consideret cedentem, quam cessionarium, ita
ut tunc denum subsistat cesso, si hic haberit causam ne-
cessariam vel probabilem. 2. Absurdum hoc sequeretur
licet nonen aliquod emere minori pretio à vidua vel
alio paupere, non vero à divite, 3. Quod sic nulla
cessio

cessio fieri possit, secundum L. Analt. decidenda, cum cedens semper habet soleat causam necessariam vel probabilem, cui in aliud nomen sibi competens transferat. Nam si debitorem vexare vult, regulariter ipse vexabit, raro vero hoc sine tertio cedit. Nec 4. audiendum esse cessionarium; si di. at aliis neminem fore, qui domen aliquod emeret. Allegaret enim sic propriam turpitudinem, quod omnia lucro estimare velit. Ex quanto magis constarer, annus ejus, quod vexandi causa, non vero ex consideratione mos, hanc cessionem sibi comparaverit.

Verum quia hoc seculo neminem facile in venias, qui 19 gratis alteri gratificari velit, nec turpe judicetur, aliquod lastrum ex negotio suscepio exirete, perveris hominum moribus non nihil indulgendum, ne alias gravius damnum Creditores patpares incurant, ut scil. planè nihil conseqvantur, vel etiam egestate perire necessarium habeant, dum nemo parata pecunia ipsius vult succurrere sine suo sperato lucro. Tolerande ergo sunt 20 cessiones quae sunt a cedente ex quadam necessitate, quae principaliiter consideranda, non vero quod cessionarius forte animum lucri faciendi habere possit. Quod etiam probò consideravit Sereniss. Elector. Saxon. dum in Dec. Nov. 28. H. Anders Theils sc. inquit, nicht zu verneinen/ daß wenn bey ihzigen Geldmangelnden Zeiten/ und da manchmal aus beschaffter Verweiselung/ manchmal aus Armut die Gläubiger von ihren Schuldern ihre Bezahlung nicht erhalten können/ ihnen solche Schulden umb ein Billiges zu verhandeln/ nicht verstattet/ und über dem L. Analtiana allzustreng gehalten werden solte/ niemand sich finden würde/ so für eine solche Schuldforderung so viel baer Geld/ als sie in sich hielt/ geben wolle/ daher die Gläubiger bey ihren habenden Forderung wol gar Nocht und Gebruch leiden müsten. 20.

Similis casus est VI. Si cesso ob distantiam loci ceden- 21
ti sit inutilis, utilis vero cessionario. V. gr. Si Parisii ha-
berent

berem debitorum, quem sine gravissimis iucommodis & valde multitudinibus convenire non possum, cum cedam alii cui fortè Parisis habitanti, qui longè faciliori modo agere & excutere posset hunc debitorem, valere volunt usque ad integrum debitum, licet Jonge minoris comparatum à cedente. Berlich. d. Dec. 33. n. 19. Franzk. lib. 1. Refol. 8. n. 44. Magn. Dn. D. Styk. in Canei. Sest. 4. cap. 2. §. 13. Manz. in Interpr. L. Anastas. qv. 6. n. 35.

22 Qvod iterum impugnat Dn. Brunnenm. d. cap. 1. n. 35, cum nulla sit consequentia: Cedens non potest exigere debitum sine suo incommodo, ergo licet cessionario plus exigere, quam debet. Ex æquitate tamen & antea dicta ratione, ne alias cedens penitus nihil caperet, iterum admitti posset hæc limitatio, licet generali prohibitioni Legis Anastasianæ non satis conformis sit.

23 Et VII. cessare L. Anast. contendit Berlich. d. Dec. 33. n. 26, & Dec. 35. n. 3, ubi præjud. JCtorum Witteb. Franzk. Lib. 1. Refol. 8. n. 44. Litterbach. ad ff. ut. de Hered. & act. vendit. n. 33. si cedens cessionarium ad contrahendum induxit, Quod admittit, si forte dixerit cedens, nomine debitoris liquidum esse, quod tamen deinde à debitoru cesso negatum fuit. Sic enim clare apparet cessionarium non habuisse animum vexandi, sed potius omnia ex bona fide agendi. Alias vero negandum videtur, cum idem sit, oblatam occasionem peccandi amperi, & occasionem querere. Nec ulla necessitas hic urget cessionatum, ut oblarum nomine dubium minoris emat. Addet Dn. Brunnenm. de Cess. nom. cap. 1. n. 41. seqq.

25 Denique VIII. observandum non nullos Dd. L. Anastasianam habitate in nominibus dubiis, si cum nomine & actione enta etiam periculum & incertitudo exigendi transferatur in cessionarium. Molin. de Iust. & Jur. fr. 2. Disp. 361. n. 9 seq. Cardin. Tusch. Lit. C. Concil. 209. n. 46. Gabriel. L. 2. ut. de Action. Concl. 5. n. 51. Berlich. d. l. n. 22.

n. 22, & Scabin. Lips. in præjud. penes eundem d.
Dee. 33. n. 15. ibi: dennoch aber / und dieweil dieselben nicht
klar gewiesen / sondern auf Ausführung gestanden. 2c.
Licer cessionarius sciat peculiarem modum hauc pecunia summam
exigendi. Lessi de Just. & Jur. L. 2. c. 21. dub. 9. n. 75. Pre-
sumt enim hic estimandum ex communis opinione, non privatis
fusdam industra Manz. in Interpr. L. Anaf. qv. 2. n. 14. Et mul-
ta propter insertitudinem sustinuntur quæ alias corruerent arg. h.
17. C. de Usur. Gail. lib. 2. Obs. 8. n. 3.

Hæc tamen sententia suri & menti Imperat. Anastassi di-
recto refragatur, qvi L. hanc propterea promulgavit ut inhiberet
nominum dubiorum cessions, cum regulariter siant in fraudem
debitorum cessi, qui longè magis vexari potest, si jus illiquidum
sedatur, quam si certum sit & indubitatum, & hinc omnia verba
de redemptoribus litium concepta, quid verò aliter sunt emtores
juris, quod per lites demum certiorandum, quam redemptores li-
tium ut clare satis ex perfectione l. 12. & seq. C. Mandat. apparet
& huic tanquam veniori sententiæ affipulantur. Manz. in Inter-
pret. L. Anaf. qv. 4. n. 6. seq. Dn. Brunnem. cap. 1. n. 66
Anton. Faber. lib. 12. Conject. cap. 12. Christin. vol. 3. Dec.
Belg. 49. n. 14. Alphons. de Olea Tr de Cess. Jur. & act. tit. 6.
qv. 10. n. 55. seq.

Qvod etiam pater ex absurdis quæ hinc sequeren-
tur, nam L. Anast. ad nomina certa non pertinet, uti
probatum cap. 2. incerta jam si non restringeret, planè nul-
la cesso ad eam perimeret. Et secundo, si cesso valet
si periculum translatum, sequitur omnes cessions vale-
re cum in omni cessione periculum transferatur, uti latè
probatum, cap. 2. n. 21. seqq. Nec obstat quod ob dubium
eventum minita admittantur, hoc enim fallit, si id negoti-
um in specie à LLbus reprobatum sit, uti hic per L. Ana-
stasianam factum. Et jam tum supra cap. 3. n. 15. moni-
tum, aliam rationem esse primum moraliter determinare,
&c.

& juxta L. Anastas. definire , illo modo dicta sententia procedere posset , hoc modo non , uti probe observarunt Dn. Brunnen. d. cap. I. n. 66. Honorat. Leotard. de Usur. Contract. qv. 39. n. 34. Alphonf. de Olea d. I. n. 55.

Potuissent equidem plura adhuc adduci , & adducta ulterius deduci , nisi intra terminos Dissertationis Academice subständum esset . Sufficiat , ponora , ut opinor , esse adducta , in quibus , si errayerim , facile veniam me imperaturum spero , si L. B. consideret , in hac difficulti materia non tantum Dd. à Dd. ut communiter fieri solet , dissentire , sed etiam integra Collegia à se invicem discedere , & , quod mireris , Praclarissimos Dd. ipsos tecum convenire non posuisse , dum varie suas sententias mutarunt . DÉO vero Triuni gratias persolvo immortales pro concessio hujus Dissertationis felici

FINE.



(X261 8028)

ULB Halle
007 230 001

3



W517



B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



UTATIO JURIDICA,
DE
SATIONE
ANASTASIANÆ,

QVAM
ENSU & AUTORITATE
fici Fctorum Ordinis
RATISSIMÆ VIADRINÆ
ub P R A E S I D I O
ANNIS IOACHIMI
ppfers / J. U. Lic.

stobr Anno M. DC. LXXXIV.

H. L. Q. C.

blice ventilandam exhibet

SAMUEL Quedede/
Hallensis Saxo.

Anno 1717.



OFURTI AD VIADRVM
INIS COEPSELII, Acad. Typogr.